

M
S
S
L
S
U
7
6
S
1
1
15
14
1
1
1
1
1
2
2
2
2
2



Nr	Auctores	Titulus
25	Struben	De statuum provinc. origine Land. Th. 1.
26	Wagenfeit	Principes du Blason
27	Hoffmann	De fabrico artis diplomaticae

DISSERTATIO II.

De
Utilissimo Nobilissimoq;

REGALIUM 16

JURE,

Quæ
GRATIA ASPIRANTE DIVINA
Assensu atq; Authoritate

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi

Facultatis Juridicæ Senatus,

In perantiquo ac Celeberrimo Thuringetorum

Erfurtino Lyceo

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobilis Clarissimi & Consultissimi

DN. JOHANN: MELCHIORIS

OHRANDT, J. U. Licentiati, ejusdem Prof. Publ.

ut et Dicafterii Electoralis Moguntino Erfurtini

Adsefforis.

Publicè propugnanda editur.

AUTHORE

WILDERICO MICHAELE ORANDT,

Erfurt. Thuring.

In Collegio Scholæ Juris

Die 4. M. Novemb. (25. Oct.) Anno M. DC. LXI.

ERFURTI, TYPIS CHRISTOPHORI KÜCHENII.

Propter errores typographicos dilata est in diem Curæ



REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO ATq; EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO

DOMINO WILDERICO,

Libero Baroni à Walderdorff Domino in
Molsburg &c. S. Cæsar. Majestatis, nec non Emin. Archipræ-
sulis Principis Electoris Moguntini, ut & Episcopi Herbipolensis
Franciæ Orientalis Ducis Consilario intimo, SAC. ROM. IMP.
Vice - Cancellario, Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedrali-
um Moguntinæ, Herbipolensis atq; Spiernsis respectivè
Præposito, Scholastico & Canonico Capitulari,
Domino meo perquam gratioso.

Ut Et

NOBILISSIMO ATq; GENEROSO DOMINO

PHILIPPO CASPARO à

Bis / Hæreditario in Hain &c. Archiepiscopi
ac Electoris Moguntini Consilario Eminenti, Provinciæ Eis-
feldiæ Præfecto Supremo, ejusdemq; Judici Primario,
Domino meo longè Colendissimo,

Bonum esse & exoptabile, quicquid virtutis geritur Im-
perio, testatur Seneca † Reverendissime, Illustrissime
atq; Excellentissime Domine, Domine; nec non No-
bilissime & Generose Domine, dictum viri sapientissi-
mi Seneca miremini, cum vobis convenire non sit mirum: Nescit
profecto vestra illa, quam à natura ac nobilitate trahitis, virtus
delitescere, exoptabilia ac bona gerere non acquiescit, imbuta e-
nim ac coarctata in uno natura & nobilitas, effectu consecutivo
virtutis, magna non ignorat, qua considerata nihil aliud est,
quam in se perfecta & ad summum perducta natura. * hinc
pertinax in vobis virtus omnia vincit † scrutabor è sanètu-

† Seneca
Epist. 68.

* Cic. 2. de
leg.

† Liv. 2. de
cad. lib. 2.

(o)

am

am Reverendis. Illustris. atq; Excellentis. Dn. Dn.
qua erga sedem Spirensis semper viguisti, industriam Spira non
subticebit, ubi Cathedralis ejusdem imprimis Decanus, jam vero
Præpositus gloriosissime vivis atq; enites, dumq; Moguntino-
Archiepiscopalis Vicariatus Generalis tua gaudere virtute
appeteret, suis te adhibere consiliis secretis Reverendissimus
atq; Eminentissimus Archiepiscopus ejusdem non desit, usq;
dum quotidianis operareris, que, qualia quanto subieris honore,
simpliciter solum considerata, plurima legationum genera ea
contestantur atq; commendant: novit tuam in iis celebritatem,
extollit in iis prudentiam Reverendissimus atq; Eminentis-
simus Elector Trevirensis, Serenissimusq; Colonicensis ac
Bavariensis ex eo, cum iis presens esses Reverendissimi atq;
Eminentissimi Archiepiscopi & Electoris Moguntini lega-
tus spectatissimus. Quid ultra? num Consiliorum tuorum
Excellentiam Universum Electorale Collegium silebit?
quam expertum est eo tempore, quo in eligendo novo Roma-
norum Rege Francofurti ex parte Moguntinâ Consilio Ele-
ctorum secreto Consiliarius intimus intereras. Nec sat fuit, *Christost.
nam vera virtus finem nescit * venit enim ut Legatus ad sup. Job. c.
Romanum Pontificem desideraretur, quis fuit? ^{12. hom. 87} *cujus*
santa generositas fuisset? qui tantum laboris itinerisq; pericu-
lum in se suscepisset? nisi tu Reverendissime, Illustrissime
atq; Excellentissime Domine Domine, noveras enim ante † Ambros.
omnes, nullam siue labore virtutem esse, quia labor proces- ^{sup. beat.}
sus virtutis est † hinc te laus manet atq; honor, propter virtu- ^{Immac.}
tem enim jure laudamur & in in virtute recte gloriamur † sed
quid est? neq; in his virtus sistere voluit, sciebat enim nihil † Cic. 3. do-
nam altum naturam constituisse, quo virtus non posset innis ^{nat, Deor.}
*ti * Ecce vix Româ redux investituram Moguntino - Ele-* ^{* Cnre.}
ctoralem petiturus Viennam legaris, ubi virtus altiora cal- ^{lib. 7.}
lebat, nam in defuncti Sacri Romani Imperii Vice-Cancella-
*rii locum, alius presentandus patebatur; ecquis erat? *cujus virtus**
ad

*ad tantum munus sufficeret? cui offerretur? non alia major Re-
rendissime, Illustrissime atq; Excellentissime Domine, Do-
mine, Augustissimo Romanorum Imperatori placuit, nisi
tua; indueris ergo dignitate magnificâ, Regaleq; Objectum,
Jurisdictionem nempe Imperialem, Vice-Cancellarius Im-
perii denominatus, administrandam assumis, administrasti bi-
ennio abhinc gloriosissimè, quominus administraturus longos an-
nos virtus pollicetur. sicq; Gloriosissimus vives, cum virtutem ne-
cessario gloria sequatur. † Quod te vero Nobilissime & Gene-
rose Domine, à Bick virtutum tuarum encomium maneat & in-
propatulo est ea, qua Celeberrimos apud Principes atq; Vi-
ros viges & audis sapientie Fama, quae se terminans in Aula Mo-
guntinâ ad alias in Viri Magnanimi nomine extensiva est,
in uno non subjecto delitescens, sed variis virtutum negotiis ex-
antlasse gloribunda. quorum numero illud, quo in Euchsfeldia,
celeberrimo fungeris, summæ Præfecturæ ac Judicii Provin-
cialis munus præm. nens est, ac multa dignitate decorum, cui
attribuit ea qua pariter longè sufficeris à Consiliis Eminentissi-
mo ac Reverendissimo Archiepiscopo atq; Electori Mogū-
tino Dominus spectabilia participans ejusdem Regalium jura ad-
ministrans, vive, virtute pertinaciori magna succedunt.*

*Quid est nunc, quo intentum melius innixum fuisset, in e-
ligenda dissertationi meæ de Regalibus in vastissimo juris oce-
ano vagabunda Cynosura, quam ad tales, cum ea appellare, qui ipsi
Regalia administrant. Administras ergo Reverend. Illustr. ac
Excellentiss. Dn. Dn. & summo quidem cum honore administras
tuq; Nobiliss. ac Generose Dn. à Bick, non inferiori.*

*Quare hancce meam de utilissimo nobilissimoq; Regalium jure
dissertationem, in portum gratia assumite, ac vobis consecratam & dedica-
tam habete, servate, prodigite & favete.*

*Reverend. Illustrissimæ atq; Excellentissimæ gratiæ tuæ
ut &*

Nobilissimæ ac Generosæ Dominationis tuæ

Servus & cliens humillimus & devotissimus.

WILDERICUS MICHAEL OHRANDT.



D. T. V. A,
THESIS PROÆMIALIS cum
Velitationum objectis de jure
regio.

I.



Um omne illud quod rectè ac dilucidè pertractandū occurrit, in eo potissimum versetur, ut tum essentialè illius, tum accidentalè exactim penetretur, sic utilissimum, nobilissimum, potissimumq; juris objectum continens de regalibus tractatum, assumens, faciam, & quæ eorum imprimis deductio, definitio explicans quod quid rei, quod materiale, formale, efficiens, finale, quæq; divisio, quod consecutaneum atq; concurrens sit, quippè cum sine his nec sufficiens rei cognitio, nec ejusdem ordinata tractatio esse possit, deducam atq; ventilandum proponam.

2.

Exemplo igitur aliorum (a) à deductione initium faciam; inconveniens enim foret, omisiss initiis atq; non repetita origine ad rei ipsius pertractationem illotis quasi manibus accedere (b) deducuntur autem Regalia à Rege, quia ab eo solum, tanquam ex fonte omnium dignitatum, Jurisdictionis, & præminentiar mediata & immediata fluunt (c) porro Regis nomine Impetator intelligendus, plerumq; enim in libellis feudorum Rex vocatur, (d) & moris est ut prius creetur Rex Romanorum, ac postea Imperator inauguratur (e) alij etiam ex eo existimant, quod si quis creetur Rex ab Imperatore aut Pontifice, is eo ipso citra ullam aliam concessionem omnia hæc jura, tanquam omni Regi competentia adipiscatur. (f)

Deductio.

(a) Vlp. in L. 1. in pr. ff. d. J. & j. Paul. in L. 2. §. 2. ff. de reb. cred.

A

(b)

L. 1. ff. de orig. jur. (c) Prackman. de regal. c. 1. n. 16. Capoll. de servit. rust. prad. c. 3. n. 17. (d) Roland. à valle - in cons. 1. n. 15. vol. 2. & cons. 4. n. 14. vol. 3. (e) A. B. Car. IV. tit. 1. 2. & passim (f) Peregrin. de jure fisci tit. 2. num. 36. & 39.

3.

Definitio. **I**N definitione autem cum pleriq; hæsitent, evenire [mihi quod & aliis non erubesco, præsertim cum in jure omnis definitio periculosa sit (a) ita ut descriptioni potius assimulanda, ergo tradam cum aliis, quod sint regalia. Jura Imperii **summa**, Imperatori seu supremo Principi ejusq; fiscô, insignum præminentiaæ supremæ, in immensi laboris præmia, atq; utilitatis publicæ comoda, ad dignitatem majestatemq; Imperii conservandam tendentia, debita, data, concessa & reservata (b) quæ definitio tamen cum videatur solummodo majoribus competere, melius dabitur atq; succinctius si dicaam. Regalia sunt nihil aliud, quam res & Jura superioritatis causa ad Remp: tuendam **competentia** (c) quæ exacta est, cum constet genere & differentia, genus enim sunt particulae **res & iura** cum sint prædicabilia de plurib; specie differētib; differētia vero in particulis, superioritatis causa ad Rempubl. tuendam **competentia consistat**; cum per has formaliter differat.

(a) L. omnis definitio 202. de reg. jur. (b) quæ colligenda ex iis quæ tradit Ferrar-Montan. lib. 5. Feud. c. 7. Roland à valle. cons. 1. n. 153. vol. 2. (c) per ea quæ Job. Borch, in c. un. n. 2. per illum text. quæ sint regal. annotavit, quæq; docet Schneidewin. part 2. de feud. num. 94.

4.

388

4.

Materiale in quo regaliū sunt **territoria & personæ**, in *Materiale*
territorio insunt regalia passive & materialiter, velut in re inanimata, in persona vero formaliter & activè, tanquā in subjecto animato agente & jura exercente; magis tamen propriè & immediatè regalia coherere territorio, quā personæ intelliguntur, materiale circa quod versantur Regalia, sunt res & personæ, quæ & in quibus distinguatur ulterius subjiciemus.

5.

Formale circa quod regalium consistit in eorundem exercitio, velut perceptione fructuum, confiscatione, legitimadi potestate, jurisdictione dicenda atq; aliis ejusmodi c. un. quæ sint regal. recēditis, quæ tamen cum altioris indaginis sint ordine in regalium divisione inferius subjiciemus & examinabimus. *Formale.*

6.

Finale regalium est, ut supremi Principis præ eminentia elucescat laboris immensi præmia adsint, utilitatis publicæ commoda augeantur. Imperii dignitas & majestas conservetur, aliaq; diversi generis pro ratione ac consuetudine territoriorum ac concessionū modo introducta & usitata quæ ex Authoribus passim consideranda relinquimus. *Finale.*

7.

Causa efficiens regalium remota seu radicalis est summus Princeps, sive alius cui potestas tribuendi data est. Causa proxima est eorum acquisitio; acquiruntur autem regalia duobus modis; **præscriptione** nempe ac **concessione** (a) quarum utraq; duplex est, alia **cumulativa** alia **Privativa** (b) cumulativam tamen concessionem in regalibus, quorum usus per usum principis impediretur (ut si Imperator dederit alicui in loco Danubii certo potestatem certum vestigal colligendi, Imperator profecto eodem loco idem non posset colligere) rejicimus, quod & in Imperio nostro observatur (c) aliud vero in iis quorum usus usum non impediret, ut est legitimatio, creatio notariorum &c. dicendum est, (d) *Efficiens.*

(a) Martin Frecc. lib. 1. de orig. baron. nu. 36. & seqq. Vult. c. 5. nu. 7. versic. dixi regal. (b) Henric. à Rosenthal. c. 5. conclus. 15. nu. 1. de Regal. (c) Roland. à valle. consil. 80. num. 15. & seq. vol. 2. consil. I. num. 141. & seq. eod. vol. (d) Henric. à Rosenthal. dicto loco.

8.

Imperator igitur Rex aut alius supremus (a) regalia concedere atq; infeudare potest, modo non in detrimentum Imperii aut status sui læsionem vergat, quo casu nequit (b) sic nec Rex regnum alicui servituti subdere potest (c) neq; sibi parem, qui impune in Imperio rebellare potest, constituere; & si regalia attribuat, necesse est ut motu proprio, vel ex certa scientia, non autem ad supplicationem petitionemq; aliquam faciat. (d)

(a) Vult. c. 5. n. 7. vers. dixi. regalia Imperatoris (b) Canonista in Cap. grand. de supplend. negligent. pralat. & communiter in c. intellecto ubi est sedes ordinaria de jurejur. teste Panorm. ibid. & Claud. (c) Bald. in proem. feud. nu. 32. post. oldrad. consil. 131. ut ejus de quo queritur & c. in fin. (d) Alberic in L. quoties C. de. precibus Imperat. off. Præposit. in pralud. n. 24.

9.

Porro concessio regaliū in præjudicium successoris ac aliter quā thesi præcedente dictum a principe etiam juramento interveniente invalida est (a) neq; Princeps concedendo ac infeudando jus superioritatis abdicare potest (b) quippe quod in dubio ei semper reservatum intelligitur (c) nisi ob singulare boni publici commodum fiat (d) quo casu rem quoq; magnam præsupposita causa legitima, consilioq; Procerum interveniente infeudare potest (e)

(a) Canonista in c. intellecto de jure jur. Bartol. in L. prohibere §. 1. nu. 5. ff. quod vi aut clam. (b) Alex. in L. filio quem pater de lib. & posthum. Bald. consil. 234. & 303. vol. 3. (c) Alciat. consil. 103. nu. 6. & 9. lib. 5. Roland. à valle consil. 87. nu. 15. vol. 2. (d) Henric à Rosental. c. 5. concl. 10. n. 4. hoc tit. (e) Marc. Anton Peregrin. de jure fisci tit. 3. nu. 79. lib. 1. per Bald. in c. 1. in 1. notab. C. de Legibus.

10.

Quod abdicationem juris superioritatis attinet, valet ea quoq; si in Ecclesiam, sive inferiorem sive Romanam quid conferatur (a) quod alii tamen limitant, nisi in feudum detur, quod tunc superioritas

ritas

387
ritas salva veniat (b) inferior autem à Principe regalia etiam extra
feudum data, absq; superioris consensu abdicare non potest (c)
quamvis hic objici possit, quod duces perpetui id possint in
suis territoriis quoad suos subditos quod Imperator in toto Impe-
rio (d) & hinc arguunt, quod si quis aliqua regali dignitate videli-
cet Landgraviatu, Ducatu, Principatue induatur, eo ipso & mi-
nora & majora regalia, nullà licet eorum in investitura mentione
facta, consequatur (e) quæ tamen sententia, non nisi limitatione
admittenda videtur, ut si in literis investituræ id exprimat. &c. de
quo videatur Henric. à Rosental concl. 13. n. 5. & 67. c. 5. hoc tit.

(a) Jacob. Mandell. consill. 64. nu. 47. & 81. cum seqq. communem
esse asserens (b) Mandell. d. loc. (c) Socin. consil. 7. nu. 6. & 8. ac passim
vol. 3. (d) Roland a valle consil. 88. nu. 27. vol. 2. Paris. consil. 2. nu. 13.
& 18. vol. 2. (e) Ægid. Bossius tit. de Principe. Anton Peregrin tractat.
de jure fisci rub. 2. nu. 76.

II.

Hinc Comites & Marchiones nulla consequuntur regalia, nisi
hiis nominatim attribuantur [a] sin vero regalia generaliter &
indefinitè dentur omnia præter Principi specialiter reservata data
intelliguntur [b] & si quædam, alia vero non exprimantur, non nisi
clausulâ generali subjectâ, quæ similia expressis complectitur, sola
data censentur. [c] Princeps ergo in investitura adhibens verba ge-
neralia, si nihil aliud quam regalia eo loco habeat, ea concessisse
putatur [d]

[a] Zas. p. 5. n. 11. & 12. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. d. S. 1.
gloss. 5. nu. 53. [b] Boss. de Principe & privileg. ejus num. 87. Molin. d.
S. 1. gl. 5. nu. 56. & 57. [c] Afflict. nu. 17. quæ sint regal. Rosental. c. 5. Concl.
16. n. 4. b. t. [d] Molin. Zas. dictis locis & numeris.

12.

Si in concessione onus inexpedibile sine regalibus concessiona-
rio injungeretur (a) regalia minora non autem majora concessa
esse intelliguntur (b) item si post concessionem generalem factam,
concessionarius sciente concedente diu regalibus usus fuisset, ea da-
ta & sequenti usu declarata reputantur [c] pariter si vectigalia v. g.
cû comitatu aut territorio investiri solita fuerint, deinde tale terri-

A 3

tori-

torium Domino apertum simpliciter euidam concedatur, eadem quoq; regalia & pertinentia concessa videntur. [d]

[a] Claud. rub. qui feud. dar. poss. Zas. p. 5. n. 11. & 12. [b] Claud. Zas. & alii dict. loc. [c] Roman. consil. 272. num. 4. Cuman. consil. 162. [d] Socin. jun. consil. 98. nu. 18. & seq. vol. 3. Peregrin de iure fisci rub. 2. nu. 100. in fin. lib. 1. concedentis consuetudinem in bis explorandam.

13.

*praescriptio
Regalium.*

Discussis prioris speciei acquisitionis, concessionis scilicet universalioribus difficultatibus, restat altera, quae est praescriptio. Regalia igitur quae in signum recognitionis superioritatis Majestatis Imperatoriae ipsi Imperatori competunt, ne tempore immemoriali praescribuntur, ita ut praescribens illi non subit [a] caetera autem regalia etiam in potestatis supremae signum [non tamen ea ubi superioritas in universum deleretur intelligenda sunt] reservata, ea bona fide, tempore cuius initii non extat memoria regulariter praescribi possunt [b] an vero scientia Imperatoris an praesidis an Magistratus loci ad hanc praescriptionem sufficiat, varie dubitatur, alii Imperatoris [c] alii Magistratus loci sufficientem arbitrantur [d] verum receptiori sententiae, quod scilicet immemoriali tempore effluxo, scientia Imperatoris praesumatur, subscribimus [e]

[a] gl. in c. volumus 16. quest. 4. Jacob de Aren. in L. 1. C. de praescrip. longi temp. [b] Bart. in l. si publicanus §. in omnibus ff. de publican. & vectigalib. [c] Bald. in c. 1. nu. 3. quae sint regal. Roman. in L. 1. §. denique nu. 5. & seq. ff. de aq. & aqua pluviaria arcend. [d] Bartol. in L. si publicanus §. in omnibus ff. de publican. & vectigalib. Alban. consil. 64. nu. 51. [e] Anton. Gabr. Rom. tit. de praescrip. conclus. 1. nu. 62. Cravetta. p. 4. §. absolutis nu. 13.

14.

Praescriptio Regalium formatorum contrahitur longissimi temporis esse debet (a) si vero cum bona fide & titulo possideantur tum spatio longi temporis praescribuntur (b) contra tenentem vero ea in feudum, tempore longissimo opus est (c) verum ut quis jus Regalium de novo acquirat quod nondum formatum est, distinguendum venit in eo, quod concernit Imperatorem, ubi praescriptio immemorialis esse debet, & illo quod alios attinet, puta exigendi vectigal aut simile a transcurrentibus & tum simile tempus requiritur, cum

cum hæc præscriptio contra jus & libertatem Imperii sit, & causam illa exactio habeat discontinuam. (d)

(a) Bald in c. 1. num. 4. qua sint regal. & consil. 270. vol. 3. Craves consil. 54. nu. 8: inquit 40. annorum spatium in præjudicium privatorum præscribi. (b) arg. L. si. C. de long. temp. præscript. Bald. nu. 4. qua sint regal. (c) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 17. n. 2. hoc tit. (d) Bald. in c. 1. num. 3. qua sint regal. post Bart. Balb. aliosq; complures quos videre licet citatos apud Henricum de Rosental. d. loco.

15.

Præscriptio autem regaliū strictè sumenda est, nec de uno ad aliud extentenda, (a) & quæ præscripta magis accumulativè quam privativè præscripta intelligenda sunt, v. g. si civitas quædam in Imperio quæ Cæsari subest, jus legitimandi præscriptisset, non tamen igitur consentaneum est, legitimandi potestatem in ea civitate Imperatori non competere (b).

(a) Bald. in c. 1. n. 21. post Jacob. de Belviso. tit. de his qui feud. dar. (b) nisi privativè, sicq; sibi soli præscriptisset, neq; usus alius fuisset, sic quoq; intelligendum si traditur, quod jurisdictio privativè præscribatur, præsertim si alium volentem uti prohibuisset. Ferret. cons. 142. n. 13. Bald. Cons. 439. vol. 3. cons. 20.

16.

Tradita igitur deductione, definitione, materiali, formali, finali, & efficiente regalium, rectè eorum divisio subjicitur, dividuntur autem regalia communiter in minora & majora (a) Majora sunt, quæ & Majestatis dicuntur, in quibus potestas Principis suprema reuect, cujus generis sunt, clausula uti de plenitudine potestatis (b) dignitates regales creare & conferre, nam hoc solius Principis supremi est, nisi forsitan alii vel ex privilegio singulari, vel ex consuetudine inveteratâ illud habeant, tunc tamen dignitas hæc non ab ipsis immediatè, sed illorum superiore mediate scilicet promanat, ut est in subinfeudatione, unde in Germania & alibi Comites multi atq; Barones reperiendi Comitatum, Baronatumve ab Electoribus Principibusq; aliis recognoscentes. (c) quibus additur belli indictio (d) legum conditio (e) famæ & honorum restitutio (f). Tabellionum seu Comitum Palatinorum reatio. (g) talis sententiæ prolatio ut ab eâ appellari nec debeat, nec possit (h) novorum

Divisio.

rum vectigalium institutio (i). veniæ ætatis concessio (k). Universitatum seu studiorum generalium erectio (l) Minora regalia sunt, quæ ad fiscum pertinent, uti sunt bona vacantia, portoria, vectigalia similiaq; quæ in c. un. quæ sint regal. enumerantur (m) in quo tamen c. quædam ut est cusso monetæ, vis atq; potestas constituendi Magistratum ad justitiam exequendam, potius majoribus quam minoribus adjicienda videntur (n) Jeaq; cum altiori ventilationi succumbant, ordine subjiciemus.

(a) Borch. in c. un. quæ sint regal. n. 53. Montan. Lib. 5. Feud. c. 7.
(b) Zas. cons. 16, n. 12, vol 2. Jacob. d; S. Georg. verb. Princeps Pedemontium vers. sed an Princeps. n. 13. [c] Borcholt. c. 4. n. 12. post Claud. Seyfell. in specul. Feud. rub. qui feud. dar. poss. vers. idem etiam dicendum est de aliis (d) L. 3. ff. ad L. Jul. Majest. (e) L. fin. C. de legib. [f] Borch. n. 4. L. 1. §. de quare. ff. de postul. [g] Ferrar. Montan. c. 7. lib. 5. Feud. (h) L. 1. in princ. ff. à quib. appell. non liceat [i] L. 3. C. de nov. vectig. instit. & c. (k) L. fin. C. de his qui ven. etat. (l) Ferrar. Montan. lib. 5. Feud. c. 7. (m) afflic. in c. 1. §. moneta. n. 1. §. 2. quæ sint. regal.

17.

Regalium igitur primum locum obtinent Armandiæ, quæ dicuntur certa gabella secundum usum Patriæ sive loci ex armentis animalium debita (a) alii vero armentaria publica, id est armorum fabricas, quarum jus reservatum Imperatori constat (b) armandiis indicari (c) vel vectigal certum, quod ex licentiâ fabricandi arma præstatur, designari, arbitrantur.

(a) Afflic. versic. Armandiæ nu. 2. Ferrar. Montan. lib. 5. Feud. c. 7. versic. ad ea. [b] toto tit. C. de Fabricensib. lib. 11. Novell. de armis 85. c. 1. 2. & 3. (c) Borcholt. in explicat. c. unic. quæ sint regal. nu. 21. Peregrin. de jur. Fisci. rub. 1. nu. 14. lib. 1.

18.

Secundo ioco habentur regalia, basilicæ regiæ seu viæ publicæ nobis Freye Keyserliche oder Heer Reichs Strassen dictæ. Notandum autem triplicem esse viarum differentiam, namq;

namq; aliæ privato servitutis Juri sunt ad-
dictæ (a) aliæ ex collatione vicinorum factæ,
quæ vicinales dicuntur, & sunt ea quæ ex viis
regiis ad vicos deducunt (b) aliæ publicæ, quæ
& consulares & militares nuncupantur, quæ
solæ inter regalia Computantur (c) in via publica
delicti commissi coercitio ad eum pertinet, qui in eo loco merum
& mixtum Imperiū etiam sine aliis regalibus habet (d) damnumq;
in viâ publicâ datum dominus loci cui Regalia ibi concessa, sunt
portegendamq; viam habet, resarcire tenetur. (e)

(a) L. 2. §. privata via ff. ne quid in loco publico. l. 1. l. 7. 8. 9. ff. de
serv. rust. præd. (b) L. 3. ff. de loc. & itinerib. publ. l. 2. §. viam. & §.
viarum. ff. ne quid in loc. public. vel itin. (c) Boss. tit. de via publ. num. 1.
Anton. peregrin. de jure fisci. tit. 1. nu. 16. lib. 1. (d) Alciat. cons. 1. n. 14.
vol. 7. Petr. Jacobin. in præctica sua tit. de jurisdic. q. 33. in fin. [e] Hen-
ric. à Rosental. c. 5. concl. 22. hoc tit.

19.

Tertium Regale sunt Flumina publica, so alle
wegen lauffen/ und welches brauch/ bey dem
ganzen Volck niemands ausgenommen/ gemein;
navigabilia, & ex quibus alia redduntur na-
vigabilia; Ad quod notandum duplex apud Feudistas flumi-
num constitui discrimen; Alia enim Bannalia welche eine jede
Oberkeit/ aus einer Freyheit/ altem herkommen/ præscription, oder
einem andern Rechtmäßigen Titel und ankunfft an sich brache und
bekommen/ Alia vero Regalia (da ein Römischer Kaysar
Zoll/ die Fischungen zu erlauben auch andere Anordnung zue-
machen) dicuntur, quæ tamen cum jure gentium sint publica (a) di-
sceptatur utrum venatio & piscatio in iis ab Imperatore prohiberi
possit? & plurimi negant, quominus autem ex causâ publicæ uti-
litatis

B

litatis

litatis, aliisq; iustis de causis iis interdiceri queat [b] communis est & recepta opinio: an vero inferiores à Principe ut Duces, Comites, Barones, aliisq; recognoscentes superiorem id possint, negatur [c] ad tempus tamen iustissimaq; ex causa eos posse à multis conceditur [d] verum cum hodie ex privilegio vel præscriptione contra subditos præsertim in Germania Principes & nobiles ut plurimum hoc jus sibi acquirerint, Wie dann heüziges Tages fast mit allen fließenden Wassern/ welche anfangs und von natur menniglich frey und gemein gewesen ein solche Gestalt/ das sie eigen und sonderm Obrietheiten iuständig/] quominus prohibere possint non dubitatur [e]

(a) *Jas. conf. 119. vol. 4. Grammatic. decis. 67. nu. 1.* (b) *Capoll. tract. de servit. rust. præd. rub. de piscationib. Bos. de aquis & fluminib. nu. 4. & 19.* (c) *Jason. consil. 119. vol. 4. ubi hanc testatur communem esse sententiam.* *Capoll. de servit. rust. præd. rub. de piscat* (d) *Rebuff. in l. unic. C. de venat. ferarum Grammatic. decis. 67. nu. 10.* [e] *Henric. à Rosental c. 5. concl. 24. n. 3. bor. tis.*

20.

ET quamvis prohibito extrajudicialiter fiat, eiq; subditi acquiescerint, prohibentem tamen in quasi possessione constituit (a) neq; ut omnibus, sed majori solummodo parti fiat opus est, modo reliqui acquiescant [b] quamvis in hoc controvertatur, quoad præscriptionem, cum non magis præscriptum quam possessum intelligatur, neq; unius factum alteri præjudicet [c] quodq; omnes tangat, ab omnibus approbandum sit, cum de singulorum incommodo agatur (d) hinc in præscriptione hujusmodi immemorabile tempus requirunt, cum fiat in iis quæ sunt juris gentium [e] secus vero si consuetudine inducatur, ubi longum solummodo tempus exigitur [f]

(a) *Henric à Rosental. concl. 27. n. 1. summar. tit. 5. de Regal.* (b) *Boer. decit 25. n. 5. per l. quod major. pars. ff. ad municip.* (c) *Afflic. decis 388. nu. 3.* (d) *c. quod omnes ubi Dyn. de reg. jur. lib. 6. l. per fundum. ff. de servit. rust. præd.* (e) *Jacobin in verb. cum fluminibus nu. 11. Villalob. in verbo præscriptio nu. 248.* (f) *Wesemb. consil. 67. nu. 19. dicit sufficere si tringinta annis consensus sit in prohibitionē.* *Roland. a Vall. conf. 42. vol. 2.*

21.

Quartum regale est portus, qui describitur, quod sit locus conclusus, quo merces importantur & exportantur, eaq; nihilominus est statio conclusa atq; munita, quod naves ibi tuto stare possint. (a) portus cum sit de publicis [b] videtur eodem modo regalibus annumerari, quo & flumina, ad cuius reparationem omnes subditi civitatis etiam immunes contribuere debent [c] & delicta in portu perpetrata ad loci Magistratum punienda veniunt. **H**ast frequentior sententia est per portum hic intelligi **vectigal** illud quod pro his quæ ex portu vel in portum trahuntur, vel quod pro transitu in portu solvitur, idq; ad Regalia spectare.

(a) *L. portus 59. ff. de verb. signif. Capoll. in tract. de servit. rusticor. præd. c. 28. de portu. n. 1. (b) §. flumina & ibi interpp. Instit. de rer. divis Vult. c. 5. n. 7. vers. 4. portus & c. lib. 1. (c) L. ad portus 7. junctal. omnes C. de operib. publ. (d) Rebuff. in d. l. portus. Borcholt. d. l. quo facit etiam quod supra thesi 18. de delictis in via commissis traditum est. (e) Jsern. in c. 1. n. 9. quæ sint regal. & hoc vectigal portorium nominari videtur l. omnibus 3. C. de vectigal. & Commiss.*

Quinto loco Regalium traduntur ripatica, quæ explicantur, quod sint **vectigalia pro transitu riparum præstanda** (a) cum vero riparum proprietas juris privati sit (b) vix regalibus annumerari posse videntur, ergo solummodo posse quoad usum, ratione protectionis, defensionis, dispositionisq; (c) seu omnis juris publici quod Princeps aut alius in ripis fluminum publicorum habet. (d)

(a) *Afflict. verb. ripatica. nn. 1. Ferrar Montan. c. 7. lib. 5. §. sunt & riparum commoda (b) §. riparum & ibi plene notatur Instit. de rerum divis*

divis. (c) Capoll. in tract. de servit rust. p. ad. c. 36. de ripa. n. 11. (d) Peregrin. de jure fisci. lib. 1. tit. 1. nu. 24.

23.

Sexto regalia habentur **Vectigalia**, ab Italis **Gabellæ**, **datia** vel **Pedagium** dicta (a) quorum ethymologia est à vehendo (b) hinc ob invec̄ta vel avec̄ta præstantur, latiori tamen significatione hodie sumpta, pro aliis quoq; reputantur, cum persæpè pro rebus non vectis vectigalia solvi debeant (c) hinc vocabulo hoc largissimè accepto, omne id significat ex quo civitas aut fiscus censum ex locatione forte aliàve causâ accipit. (d) strictè vero & ex usu vocabuli dicam, quod sint **reditus certi**, qui ob mercium importationem & exportationem, ob saluum conductum, securitatem, defensionem viarum ac bonum publicum Principi (e) sive illi cui hoc Princeps concessit **penduntur** (f)

(a) Boss. tit. de vectigal. nu. 2. Bertachin in tract. de Gabell. in princip. ubi agit de significationibus vocum, Vectigal, pedagogium, datium, census, tributum. (b) Peregrin. Montan. & Afflict. dictis locis. (c) gl. in l. 1. hic titulus de public. & commiss. salic. in l. vectigalia. C. nova vectigal (d) t. tit. ff. si ag. vectigal. l. Imperatores. 7. Ferrar. Montan. c. 7. §. vectigalia. 14. à vehendo & c. (e) l. ex præstatione 7. l. universis. l. 6. de vectigal. & commiss. l. si publicanus. §. 1. ff. de publican. & vectigal. (f) l. final. C. nova vectigal. Instit. Dec. in cons. 534. nu. 6. & consil. 649. num. 4.

24.

Iure communi pars octava ex commerciis vectigalis nomine pendenda est (a) nisi aliud consuetudine, privilegio & concessione observetur (b) quod & in rebus præstari solitis attentèdum, ab insolitis enim nihil præstatur, nisi forsitan Publicani negligentia omisum fuerat, tunc & imposterum exigi posse nihil obstat (c) & in tantum vectigalis omissio periclitatur, ut non confitens importata
ve

vel exportata apud Publicanum, ipso jure perdat (d) in heredemq;
ejus rei possessorem datur persecutio (e) non tamen possessio illius
statim auferitur, verum opus est sententia declaratoria, sicq; de facto
non auferuntur. (f)

(a) l. ex praestatione. 7. ibi Dd. C. de vectigal. & comm. (b) Afflict.
inc. unic. verb. vectigalia. nu. 39. & nu. 111. Alexand. consil. 104. col. 3.
cons. 126. lib. 1. cons. 36. lib. 4. (c) text. est in l. locatio §. earum rerum &
ibi Dd. ff. de public. & vectigal. (d) Roland à valle. cons. 42. nu. 1. vol. 3.
l. final. §. licet quis se ignorasse cum seq. l. commissa & ibi comm. Dd. ff.
de publican. (e) text. & ibi Dd. in d. l. commissa ff. de publican. (f)
Roland à valle d. cons. 42. nu. 5. vol. 3. Gail. obser. 51. nu. 5. lib. 2.

25.

Vectigalis quoq; fraudati & non soluti pœna in forenses cadit,
qui tamen statutorum ignorantia excusabiles, nisi ea forsitan
ubiq; locorum vigeant, sicq; interrogando facile fieri potuissent
certiores (a) si tamen ignorantia probabilis sit, tunc à commisso
liberat, persapè pœnâ dupli remanente, (b) præsertim si vectigal
novum (c) aliudq; insolitum, vetusve auctum sit & hoc casu absen-
te Gabellario transiens, si solum antiquum solvisset, liberatur, (d)
aliter res non professæ cadunt publicano in commissum, quamvis
Dominus earum ex privilegio immunis sit, nisi notoriè immunes
sint (e) hinc res per se immunes à vectigalibus ob reticentiam earum
non amittuntur. (f)

(a) L. fin. §. licet quis & ibi Castrens. & Bart. nu. 12. ff. de public.
(b) Roland à valle cons. 42. nu. 13. & 14. vol. 3. Cravett. cons. 115. n. 3. &
seq. (c) Alexand. cons. 86. nu. 6. & 7. lib. 4. And. Gail. obs. 48. nu. 26.
cum seq. lib. 2. (d) Roland. cons. 42. n. 12. & seq. vol. 3. (e) Mascav. concl.
834. nu. 4. vol. 2. Bart. in l. fin. §. divi quoq; de public. (f) Henric
à Rosental c. 5. concl. 38. n. 7. b. tit.

26.

Quod si quis mercibus professis, nondum tamen vectigali soluto
discedat, merces quidem non committit, duplum vero vectigal
pendere teneretur (a) & si partem earum occultet, vel supprimat eam
solummodo perdit (b) resq; communis socio inscio, eoq; non con-
sentiente celata, pro parte solummodo celatoris committitur (c)
pœnam vero fraudati vectigalis solidam à viâ solitâ decurvans (d)

B 3

nisi

nisi iustà ex causà necessitatus, ut puta si via hostibus aut prædonibus insegura, aut prærupta salebrosave sit (e) id fecerit, incurrit.

(a) Boss. tit. de fraudant. vectigal. nu. 13. Roland. à valle conf. 42. n. 8. vol. 3. (b) Boss. d. tit. de fraudant. vectigal. Bart. in l. cotem. ferro §. Dominus ff. de publican. (c) de quo vide l. fraudati vectigalis §. §. sed si unus & ibi DD. ff. de publ. (d) Mascard. concl. 814. n. 23. & seqq. Bart. in l. qui fiscales. nu. 1. (e) Mascard. d. loco nu. 35. Saliset. in l. 3. in §. C. de naut. fen.

27.

Res fraudati vectigalis causa commissa, intra quinquennii spatium à die commissi per Telonarios peti & vindicari debet [a] quæ si non existet, & neq; dolo neq; culpà possessoris perierit, neq; occulterur, pretium ejus non debetur [b] bona vero commissa & pœnæ fraudati vectigalis fisco deferuntur, si per suos Princeps vectigal colligat quod si vero infeudarit, tunc ad vasallum, vel si vendiderit, aut elocarit tunc ad emptorem & conductorem pertinent [c]

[a] Bart. in l. commissa ff. de publican. Balb. de prescrip. p. 2. part. 5. princip. q. 1. in princ. nu. 4. [b] tex. in l. 2. & ibi interep. C. d. vectigalib. Bartol. in l. final. C. si v. censu vel reliquis. [c] Afflict. in c. un. verb. vectigalia. nu. 36. quæ sint regal. Alex. in l. si quis id quod ff. de jurisd. omn. jud.

28.

Dividuntur vectigalia in licita & illicata, vectigalia legitimè constituta defraudans non minus coram Deo tenetur, quam si rem abstulisset alienam [a] qui vero illicata non solvit, nullà pœnà tenetur, neq; ullo modo obligatur [b] hinc si quis illicite quid extorqueat id restituere tenetur (c) imo pœna dupli vel etiam tripli nisi restituat (d) punitur, atq; adeo exilio perpetuo ultra solitum & jussionis terminos exigentes mulctantur [c]

(a) L. non solent. 3. C. nova vectigal. instit. non posse. Berthachin de gabellis. p. 9. nu. 1. & passim (b) Henric à Rosental c. 5. concl. 43. n. 2. [c] l. 3. & final. ac utrobique DD. C. nova vectigal. instit. non posse [d] l. 1. & passim ff. de publican. & adde l. locatio §. quod illicite. d. tit [c] in l. si provincialium 4. C. vectigal. nov. instit. non posse.

29

Constituuntur **Vectigalia nova** licitè à summo Principe
 (a) sed juxtà de causà, alioquin fraudare ea licitum est [b] imo
 etiam à Ducibus Regalia possidentibus, non tamen absq; superioris
 sui novo consensu [c] exactio vectigalium præscribitur temporis
 immemorialis cursu, etiam absq; titulo aut Imperatoris jussu [d]
 libertas vero vectigalibus præstandis decennali præscriptione con-
 tra privatum, qui in genere nihil exigit (e) acquiritur. Contra ci-
 vitatem vero, ad iura ve jura fiscalia habentem immunitas 40 anno-
 rum lapsu ex communiori sententiâ præscribitur (f) licet alii cen-
 tum annorum spatium requirant.

(a) *l. 1. l. non solent. ac t. tit. C. nova vectigal. instit non posse* (b)
Ifern. in c. un. nu. 15. Didac. in c. peccatum p. 2. §. 5. num. 5. ante fin. (c)
Mynsing. obs. 29. nu. 4. centur. 5. Boss. tit. de regal. nu. 28. (d) Bartol. in
l. si publican. §. final. Et ibi ceteri sequuntur. ff. de publican. Mynsing. Obser.
29. nu. 6. cent. 5. (e) Alexand. cons. 136. nu. 20. lib. 2. Philipp. Corn. cons. 268.
in hac consultatione Et c. n. 19. Et seq. vol. 4. (f) Alex. cons. 38. num. 11. Et seq.
lib. 5. Bart. in consil. 59. n. 7. vol. 1.

A Vectigalibus autem præstandis exempti sunt **Licenciati,**
Doctores (a) **Præsides** (b) itemq; **legati**
 ratione rerum quas avehunt, non vero quas advehunt (c) itemq;
fiscus ab omnium vectigalium solutione, si ve aliis competant
 (d) si ve ea vendiderit aut elocarit, immunis est (e) hinc **doming**
 vectigali in feudum dato, vasallo vectigal pendere non obligatus
 est (f) neq; **pro rebus ad exercitum paratis**
 vectigaliâ præstantur (g) non tamen ideo ille qui exemptus est, à ve-
 ctigalibus postea ob belli necessitatem institutis, liber est (h)

(a) *Bart. in l. divus quoq; ff. de publican. facit text. Et ibi tradunt*
interpp. in autb. habitz C. ne filius pro patre. (b) text est in l. si publicanus
§. 1. ubi Bartol. Et ceteri de publican. (c) Peregrin. tit. 5. de conductoribus
Et emptoribus gabellarium (d) L. licitatio aliter locatio. §. fiscus. Et
ibi Dd. ff. de publican. Et vectigal. (e) Salicet in l. emptor. C. de heredit.
vend.

*vend. Rolaud à valle consil. 61. ante n. 24. vol. 4. [f] Henric à Rosental. d. loc. (g) d. l. licitatio. §. res exercitui & ibi interpp. ff. de publican. & ve-
tigal, (h) Henric à Rosental d. loc.*

30.

SEPTIMUM regale est jus cudendæ monetæ (a) quod Principis concessione, temporisq; immemoralis spatio acquiritur (b) concessisq; regalibus quoq; datum intelligitur (c) cui quamvis quidam contrarii sint, de communiore tamen videtur obtinuisse, nisi quis de reservatis Principi specialiter asserere velit. (d) & sic inter majora solum referretur, jus igitur cudendi monetam nulli privato competit, hinc potestate cudendi carens, cujuscunq; valoris, status aut conditionis monetam percutierit, crimine læsæ majestatis tenetur, flammarum exustionibus mancipatur, domusq; in qua crimen commissum publicatur [e]

[a] d. c. unic. Boss. tit. de monet. nu. 1. [b] Ifern. in d. c. un. n. 19. Mynsing. obser. 24. centur. 4. [c] per d. c. unic. & ibi omnes quod sit regale, iis igitur concessis transibit. Peregrin tit. 2. nu. 97. lib. 1. de jure fisci. [d] Boss. sic. tenet tit. de monet. num. 1. [e] l. 1. & 2. C. de fals. monet.

31.

OCTAVO regalibus adsciscuntur. Pœnarum multarumq; compendia (a) pænæ nomen generale est, quod omnis delicti sive legalis, sive conventionalis, seu in æstimatione, seu bonis, seu statu, corporisve afflictione consistat, coercionem complectitur. (b) hinc mulcta sub pœnâ contenta, species pœnæ est (c) quæ fisco seu publicis utilitatibus applicatur (d) quæ pecuniaria est (e) & Magistratus judicisve ordinarii arbitrio intra modum tamen, nisi lege definita sit, infertur (f) à mulctâ nisi ob contumaciam, & in locum pœnæ corporalis irrogata fuerit, item à pœnâ arbitrariâ, non tamen definita aut legibus expressa provocatio procedit (g) pœnam quicumq; judex, cui criminum coercitio concessa est, mulctam autem ordinarius tantum imponere potest. (h)

(a) d. c. un. Borebolt. b. tit. nu. 64. & 65. in fin. (b) l. aliud fraus est

est & ibi DD. de verb. signif. Borcholt d. loc. (c) facit l. 3. §. 1. ff. de re mi-
lit. l. 4. C. de modo mulctarum. (d) L. 1. cum gloss. in verb. iudicio ff. si
quis jus dicenti non obtemp. (e) d. l. aliud fraus est & ibi Dd. de verb. si-
gnif. (f) L. 3. §. fin. C. de modo mulctar. (g) Borcholt. h. c. nu. 65. Anton.
Peregrin. de jure fisci tit. de pen. & mulct. §. nu. 2. lib. 4. (h) Henric à
Rosental. c. 5. concl. 49. n. 7. hoc tit.

33.

Pœna legalis interdum privato, nempe si de privatis delictis ci-
viliter agatur (a) plerumq; tamen & in dubio fisco debetur, sive
sit partis bonorum sive quantitatis certæ, sive per nomina multipli-
cativa dupli, tripli &c. Illata (b) pœna autem quæ via actionis de-
fertur, illius est cui actio illa competebat (c) itemq; conventiona-
lis parti non fisco attribuitur (d) nisi hoc expressè actum & quis fi-
sci nomine stipulatus fuerit (e) præscribuntur pœnarum aliæ 30 (f)
aliæ viginti annorum spatio (g) pœnæ vero vel mulctæ mandato
judicis seu statuto Magistratus superiorem recognoscentis irrogatæ
(h) itemq; mulctæ minatæ, nondum tamen declaratæ, anni lapsu
invalescunt atq; extinguuntur. (i)

(a) Henric à Rosental. c. 5. concl. 50. n. 1. h. tit. (b) Bartol. in l. agraria
ff. de term. mot. (c) Alex in l. 1. n. 19. & seq ff. si quis jus dicenti salicet.
in l. 1. C. de modo mulct. (d) §. alteri Instit. de inutilib. stipulat. (e) Matth.
de afflic. in c. 1. nu. 8. ubi fisci privilegia refert. privil. 71. de fratrib. de
novo bene invest. (f) ut actio furti manifesti. text. est in princ. Instit. de
perpet. ac temp. action. Henric. à Rosental d. loc. (h) Alexand. l. si. ff. de
pen. Borcholt. c. unic. n. 65. h. tit. [i] Henric. à Rosental. de loc.

34.

Nonum Regalis locum obtinent bona
vacantiâ, sunt autem ea, quando quis sine hæ-
rede legitimo ab Intestato, vel ex testamento,
vel repudiata ab hærede hæreditate decedit,
taliter enim bona defuncti ad fiscum, aut eum istic loci regalia ha-
bentem [a] deveniunt (b) quod adeo verum est, ut etiam à civitate,
quæ illa privilegii ejusdam indultu obtinuerit, revocari jubean-
tur [c] fiscus igitur bona vacantia capiens, ex iis æs alienum & le-
gata,

C

gata,

gata, modo aperte gravatus reperiatur (d) hæredis instar præstare tenetur, nisi ex defectu hæredis qui hæreditatem adire nolit, succedat quo casu legata & fideicommissa minimè præstabit.

(a) Angel. in l. 1. C. de bon. vac. Alexand. conf. 31. nu. 4. lib. 1. (b) text in l. 1. § l. Vaticano 4. ac utrobique DD. C. de bon. vacantibus. (c) Afflict. in. c. un. verb. bona vacantia nu. 13. (d) l. 6. u. 14. 41. ff. de iure fisci (e) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 53. n. 3. lit. c. ubi plures distinctiones vide.

43.

Decimo Regalibus seu fisco bona indignis ablata deferuntur (a)

quæ tamen non proprie caduca videntur, cum caduca sint, quæ relicta in testamento ea quis capere jure civili possit, attamen ob causam aliquam non ceperit, indignis vero ablata neutiquam possint, sed potius ereptitia, nempe quod indignis eripiantur appellanda sunt (b) suntque ea quæ vel ultima voluntate illis relicta sunt, quibus leges relinquere prohibent (c) vel quando quis se iis, quæ ipsi testato vel intestato deberentur indignum reddit (d) non tamen omni casu fiscus in bonis indignè ablati succedit, nam furiosi hæreditas ei lucro est, qui mortis prius in scripto hæredibus illum aluit atque curavit (e) item captivi bona hæreditaria, quem hæredes redimere neglexerunt Ecclesie cedunt (f) pariterque dos vi statuti aut pacti marito debita hæredibus uxoris attribuitur, si ei maritus mortem intulerit. Itemque tutori à testamentaria tutelâ sese excusanti, in illo testamento relictum aufertur, & pupillo datur (g)

(a) c. unic. § ibi omnes quæ sint regal. (b) text. est in l. pen. de iur. fisci. l. vacantia 4. C. de bon. vacant. (c) Borcholt. h. c. unic. n. 75. § multi alii (d) §. si tutor. l. Papinianus ff. de in off. testam. l. 4. § 8. C. de his quibus ut indignis (e) Henric. à Rosental c. 5. concl. 57. n. 3. h. tit. (f) text. est in novell. constit. 115. c. si unum 3. (g) Henric. à Rosental. d. loc.

36.

Regali undecimo adsciscuntur incesti conjugiiq; vetiti se se nuptiis funestantiû bona

(a)

(a) cum neq; eorum uxori, neq; filiis ex ea editis, ne quidem per interpositam personam, vel donare superstes, vel moriturus relinquere potest (b) nisi ex legitimo matrimonio procreati superant, quibus ex legibus defertur (c) quod quoq; locum habet in iis qui stupro incestuoso se contaminarunt, ut videlicet bona delinquentium ad fiscum deveniant (d)

(a) c. unic. l. qui contra 4. C. de incest. & inutilib. nupt. (b) l. si quis incesti C. de incest. nupt. (c) Peregrin de jure fisci tit. de public. bon. n. 12. cum multis aliis li. 5. (d) Bald. in c. un. nu. 5. Alvarot. nu. 4. qua sint regal.

37.

DUODECIMO JURI REGIO ADDICUNTUR DAMNATORUM & PROSCRIPTORUM BONA (a) si ascen-

dentes & descendentes una cum cognatis ex latere ad tertium usq; gradum inclusivè deficiant (b) siq; uxori dos, aliquod lucrum, vel etiam quarta legis debetur, in bonis damnati fiscum antecedit (c) non igitur omnis publicatio bonorum, quamvis personæ nominatæ existat, hodie per auth. bona damnat. omnino perit (d) in iis n. delictis in quibus publicatio per se pœnæ loco vel partis pœnæ est jura vetera non sunt correctæ (e) ut in l. julia de vi (f) item de incestu (g) aliisq; ejusdem generis, hinc sententia judicis bona rei contra leges novas publicantis, invalida est (h) nec nisi casibus præmissis subsistit & consanguineis minimè præjudicat (i) sic nec ullus iudex, summo Magistratu excepto contra vel præter legem, nisi ob delictum enorme, bonorum publicationem irrogare valet. (k)

(a) c. un. b. t. & ibi omnes interpretes. Vult. c. 5. num. 7. vers. 12. bona damnatorum & c. lib. 1. de feud. (b) fac. l. si quis incesti C. de incest. nupt. (c) text. est in auth. bona damnatorum & ibi DD. juncta auth. præterea C. unde vir & uxor. (d) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 59. nu. 4. b. tit. (e) Aretin in l. is cui col. 2. ff. de testament. quem sequitur Bossius tit. de bonor. publicat. nu. 1. (f) Bald. & alii in dict. auth. bona damnat. Peregrin. tit. 1. nu. 11. li. 5. de jure fisci. (g) Peregrin. d. loc. nu. 12. tit. 1. lib. 5. (h) Bald. in c. 1. nu. 3. de pace tenenda. (i) Henric. à Rosental. d. loc. (k) sic potest accipi text. in l. 1. C. ne sine jussu Principis liceat certis judici.

C 2

judicibus bona publicare lib. 10. Jul. Clar. lib. 5. receptor. sentent. §. fin. quest. 78. nu. 5.

38.

Bona autem ex legis dispositione publicata ad eum qui de mero Imperio investitus est, quamvis in concessione Regalium mentio facta non sit spectant (a) quia sunt fructus jurisdictionis seu meri & mixti Imperii (b) licet etiam jurisdictione cum mero & mixto Imperio in usumfructum, dotem vel feudum data, emolumenta confiscationis pleno jure, vasallo sive marito acquiruntur. (c)

(a) Roland à valle consil. 78. n. 13. volu. 2. Boss. tit. de penis nu. 25. & regali. nu. 15. [b] Henric. à Rosenthal c. 5. concl. 64. n. 1. de regal. Socin. senior conf. 36. nu. 18. vol. 4. (c) Bartol. nu. 1. & 2. & ibi additio in verb. castrum. Imol. in l. fin. ff. sol. matrim.

39.

Decimo tertio Regalia habentur, bona reorum criminis læsæ majestatis, quod duplex est & majestatis divinæ & humanæ: illud per simoniam, blasphemiam, apostasiam, hæresim, sortilegium, incantationem contrahitur &c. cum utiq; apud Deum suprema atq; vera sit Majestas, quæ etiam in beatâ virgine, cæterisq; sanctis, quatenus Deus illos gloriæ suæ participes fecit, violatur. Verum ut dignoscatur, in quem primario inter homines, hoc crimine committi possit, observandum est; Majestatem esse summam, perpetuam, legibusq; solutam potestatem: est summa, quoniam.

Nullum caput ista super se

Aspicit, excepto calorum rege potestas.

est perpetua, ideo vicario nomine & ad tempus administrantibus

tibus non competit. **Ex legibus soluta**, cum nullum agnoscat superiorem à quo leges sibi præscribi patiatur.

40.

EX quibus omnibus elucescit Majestatis crimen in Pontificè Romanum, Imperatorem, Reges, Hispaniæ, Hungariæ, Galliæ, Svveziæ, Poloniæ, Daniæ, qui omnes jura Majestatis in territoriis & regnis suis proprio nomine exercent, absq; omni dubio patrari; nec minus in Imperii Electores, qui alias etiam multa privilegia & præminentias præ cæteris Principibus Imperii tenent ex speciali ordinatione A. B. t. 24: in reliquos autem Imperii Principes atq; Cæsaris consiliarios de jure communi tantum admitti, pariter si quis animo hostili adversus Imperium quid machinetur, in specie perduellionis crimen incurrit.

41.

Majestatis pœnam tradit l. 5. C. ad l. Jul. Majest. cum seq. quæ neq; filiis rei (a) neq; conatui, quamvis sine effectu fuerit, neq; consciis parcit, sed hos quoq; pœnâ ordinariâ pro circumstantiarum qualitate affligit, quamvis extraordinariâ plestendos esse receptior sit (b) hodie rei hujus sceleris quandoq; pœna gladii, aliquando ignis subinde etiam dissectione in quatuor partes, cum publicatione bonorum & memoriæ damnatione puniuntur (c)

(a) *L. quisquis 5. §. filii. 1. C. ad l. Jul. Majest. A. B. tit. 24.* (b) *per textum in l. metradorum 40. ff. de pen. in c. felicitis 5. §. cum autem fuerint absolvendi vers. illud autem non duximus omittendum de pen. in 6.* (c) *Constit. crim. Carol. V. art. 24. vers. welcher mit böshafftiger Verwårtherey.*

42.

Quod autem memoriæ damnationem reorum Majestatis attinet, ea solum evenit, si contra Imperatorem ipsum crimen hoc nefandum

C 3

fandum

fandum commissum fuerit, nam alioquin contra Duces, Comites, aliosq; superiorem recognoscentes patratum, animadvertitur quidem in fontes ultimo supplicio & publicatione bonorum (a) non tamen memoria eorum deletur (b) notandum tamen quod crimen hoc nemo nisi subditus incurrat, (c) quare si vasallus non subditus contra aliquem simile quid molitur illud non contrahit. (d)

(a) Roland à valle cons. 88 nu. 1. volum 2. Boss. de crim. lese majest. nu. 56. (b) Peregrin. tit. de criminib. que morte extringuntur nu. 19. cum plurib. seq. lib. 4. de jure fisci - Roland à valle cons. 1. nu. 16. (c) Decius cons. 604. Bartol. in extravagante qui sint rebelles in gloss. rebellando n. 8. (d) Ægid. Bossi. tit. de crimine lese majest. nu. 106. ubi inquit ita omnes tenere.

41.

Decimo quarto regalibus accensentur Angariæ & Perangariæ (a) dicuntur autem Angariæ à verbo græco ἀγγαρίαζω quod significat **cogo**, unde & ἀγγαρεία, quod **pro coactâ servitute** sumitur (b) & definitur Angariæ quod sint munus personale, quando subditi cum persona serviunt, sed sumptibus Imperatoris. Perangariæ vero si quis servit propria cum persona ut ligna cædendo, metendo, trititando, sed propriis expensis. Angariæ & perangariæ cum persapè diversim legantur (c) non inconvenienter quoq; sub his servitia personalia ut sunt operæ, licet ratione subjecti debeantur, continebuntur (d) quamvis de jure civili munera patrimonialia (e) in equorum, jumentorum, plaustrorum naviumq; præstatione ad cursum publicum [quæ barbarè hodie postæ nuncupantur] aliisve frumenti Imperatoris, armorumq; transvectionibus publicis consistentia (f) esse videantur.

(a) Natta consil. 185. nu. 3. & seqq. Vult. c. 5. nu. 7. vers. 14. Angaria & c. lib. 1. (b) Ulp. in l. pen. § ult. ff. de veteran. Ferrar. Nontan. lib. 5. fen.

feudor. c. 7. [c] l. 2. C. de quibus muneribus nemini se liceat excusare. lib. 10. l. munerum §. patrimoniorum ff. de munerib. & honorib. (d) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 70. n. 6. de regal. d. l. 2. C. de quibus muneribus vel prestationibus nemini liceat excusare & c. lib. 10. ubi non solum plaurorum, navium & jumentorum prestationes, sub his duobus vocabulis sed & opera seu servitia cum persona obeunda ut est fodere & c. completuntur. (e) sic in l. munerum §. patrimonii ff. de munerib. & honorib. Henric à Rosental d. loc. (f) tot. tit. C. de cursu public. angar. & perangar. lib. 12. l. nullus penitus ibid. juncta l. final. C. de fabricensib. lib. 11.

44.

A Ngaria & Perangaria cum DE MAJORIBUS ET PRINCIPALIBUS RESERVATIS SINT, hinc subditis de novo & præter solitum etiam ab investitis cum mero & mixto Imperio imponi nequerunt [a] nisi hoc ex conventionem, concessione, aut consuetudine aliqua licita debeatur [b] ita etiam subditi ad certas operas (vulgo gemessene Frohnen und Diensten) adstricti ultra eos compelli vel aggravari non possunt [c] & in certis operis, licet ab arbitrio Domini pendeant, boni viri tamen arbitrio conformes esse debent; si enim ultra modum subditi graventur ad superiorem recursum habent (d) nulla autem dignitas ac privilegium à servitiis & muneribus augariarum patrimonialibus ratione nempe rei possessæ debitis excusat (e) nisi sint virtute nobiles & personæ privilegiatæ, quales sunt milites (f) medici [g] Clerici (h) legum Doctores (i) & honestarum disciplinarum professores publici (k) qui ab angariis Werhedis, milite recipiendo, sorditis etiam patrimonii muneribus eximuntur [l] tamen si hæc munera ad expeditionem Principis ut annonæ transvectionem murorum pontium, viarumq; reparationem exigantur, nullus eximitur. (m)

[a] Bartol. in l. C. de excusat. munerum lib. 10. [b] Henric. à Rosental. c. 5. concl. 72. nu. 2. de regal. (c) l. hæc demum opera l. operarum penult. cum similib. ff. de operis libertorum (d) Natta consil. 185. nu. 12. Boer. decis 132. p. 1. per totum [e] l. sunt munera l. ab his de vacat & excusat. l. fin. §. patrimoniorum versit. ab hujusmodi & §. si ve autem ff. de munerib. & honorib. [f] l. medicos & l. fin. C. de professorib. (h) l. 1. & 2. & auth. item nulla C. de episc. & cleric. (i) d. l. medicos C. de pro-

professorib. lib. 10. (k) l. ab his ff. de vacat. & excusat. (l) Jacobin de
homagiis nu. 39. Tiriquell. de nobilit. c. 20. nu. 16. (m) l. fin. C. de navibus
non excusand. lib. 11. l. ad portus 7. l. omnes. C. de operib. publ.

45.

Decimum quintum Regale est extraordinaria ad felicissimam
Regalis numinis expeditionem collatio [a] ad quod notan-
dum Munera & onera in Rep. obeunda tripliciter differre; quædam
enim sunt personalia quæ subditorum personis absq; rei respectu,
Patrimonialia, quæ rei respectu (b) ac demum mixta (c) quæ rei re-
spectu personis imponuntur [d] patrimonialia autem, quæ & latè
sumpta mixta, includunt dividuntur in ordinaria & extraordi-
naria, illa quæ certa & stabili lege aut consuetudine antiqua perpetua
seu annalia sunt [e] quæ incerta, & solum ubi usus & necessitas
exegerit, aliquando majora quædamq; minora injunguntur [f] &
priorum numero sunt census annui vulgo tributa Schoß und Schab-
ung cum in jugera singula aut simili modo quantitas certa nummo-
rum seu frumenti solvitur [g] posteriorum autem nempe extraordi-
narium loco habentur collectæ vel superindicta quæ ex causâ in-
terveniente indicuntur [h] quibus quoq; collectæ imperiales adsci-
scendæ sunt siquidem non statim & certo tempore, sed solum necessi-
tate exigente ad Imperii defensionem penduntur [i]

(a) Schurff. conf. 59. cent. 1. Wesenb. conf. 45. nu. 19. & seq. [b] l.
sunt munera cum similibus ff. de vacat. & excusat (c) hæc mixtorum desi-
nitio sumitur ex l. rescriptio S. sed cum hæc munera quæ patrimonis indi-
cuntur ff. de munerib. & honorib. [d] Alberic. ad rubr. ff. de muneribus
& honorib. And. Gail. obs. 52. n. 3. & seq. lib. 2. (e) Henric. à Rosental.
c. 5. concl. 37. n. 3. de regal. (f) Alexand. conf. 33. nu. 1. lib. 5. Paris. conf.
75. n. 5. vol. 1. [g] Alexand. conf. 33. nu. 1. vol. 5. Gail. obser. 52. nu. 10.
hanc restatur esse communem (h) Alexand. & Gail dictis locis (i) Henric
à Rosental. dicto loco cum aliis.

46.

Imperator igitur aut alius non recognoscens superiorem subditos
suos collectis & superindictis onerare potest [a] an vero inferio-
res quoq; valeant à nonnullis dubitatur, siq; privilegio Principis sin-
gulari id iis concessum sit, non est dubitandum [b] utrum autem
illis qui cum regalibus investiti sunt, liceat? & affirmandum videtur

(c)

(c) sed an merum & mixtum Imperium solummodo tenentibus permissum sit, & videtur quod ita, speciatim si quis alius regalia & ejusmodi jura istic loci non habeat, aut singulariter exercent; talem ergo pro singulari atq; communi loci istius utilitate & necessitate (das er die Unterthanen zu des Orths fürfallenden Nothdurfft und erhebenden nutzen mit zimblichen und gebürlichen Schakungen und anlagen zu belegen macht habe) collectas imponere & superindicare posse in propatulo est (d) quod jus quoq; civitati aut communitati non est denegandum, quominus aut partis majoris civium aut eorum qui eos representant v.g. die Zünfte oder Vormundere complacitu etiam sine superioris consensu (f) collectas imponere valeat [g]

[a] text. est in l. 1. C. de superindicto Afflict. in verb. extraordinaria nu. 1. & 2. que sint regalia (b) Wesemb. consil. 45. n. 13. p. 1. Paris consil. 25. nu. 52. vol. 1. (c) Alexand. consil. 115. lib. 4. Wesemb. consil. 27. nu. 20. p. 1. (d) Bartol. in l. unic. C. de superindicto. Schurff. consil. 59. nu. 2. cent. 1. (e) Bart. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. faciend. Schurff. consil. 59. nu. 1. cent. 1. (f) Alex. in l. 4. nu. 13. ff. de re judic. Bald. in l. 1. §. quod si nemo ff. quod cujusq; universu (g) Alex. consil. 68. nu. 7. lib. 2. Wesemb. consil. 27. nu. 26.

47.

Quibus autem casibus Domini inferiores subditis suis collectas imponere valeant, dicendum est. Dux igitur, Comes, aliusve loci Dominus pro Imperatoris exercitu collectis seu superindictis subditos gravare potest (a) modo Imperator aliquid victus causa aut simile exigat (b) dominusq; territorii ex facultatibus seu redditibus suis id præstare nequeat (c) idem obtinet in corra Principis quando nempe Cæsar per illud territorium iter facit (d) an vero subditi teneantur ad exactiones si Dominus militiam aut pro se aut pro filio assumere velit, disceptatur, & plurimi negant, ex ratione quod contributiones ejusmodi, non ad commune Patriæ commodum, sed solam privatam Domini utilitatem & honorem perveniant quorum sententiæ pariter subscribo (e) subditi tamen pro redimendo Domino captivo, si nimirum non culpa sua, videlicet ob maleficium aut æs alienum, sed ab hostibus servetur, ad collectas tenentur, (f) pariter si Dominus pro sustentatione sua territorium aliquod de

D

novo

novo emere, vel locum fugandorum arcendorumq; hostium causa comparare velit, subditi contributionibus rectè adstringuntur (g) aliud vero pro maritanda filia adstruimus, ubi negandum videtur, nisi hoc ex speciali loci consuetudine, pacto aut conventionione subsistat (h)

(a) Johann. Blanc in summa feudali. c. 1. nu. 34. lib. 2. Bursat. consil. 16. nu. 17. 20. & seq. vol. 1. (b) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 75. n. 1. de regal. (c) Schneid. p. 5. nu. 119. [d] DD. super allegati lit. a. (e) Albert. Brun. consil. 32. n. 7. Henric à Rosental. d. loc. (f) Afflict. decis 165. num. 44. Jason. in l. placet. lectura 2. nu. 19. C. de SS. Eccles. (g) Alexand. & Jason. d. loc. (h) Salicet in l. 3. post. nu. 3. versic. sed ex his C. nova vectigalia institui non posse.

48.

Utrum autem vasalli prædictis casibus Domino ad collectas teneantur, & statuendum videtur quod non (a) sed solummodo solitis feudorum officiis obligari (b) nisi consuetudine conventionione aut præscriptione aliud observetur (c) quominus autem in subsidium saltem moderatum teneantur, si Dominus sine magna patrimonii diminutione & detrimento non sufficiens fuerit, non dubitatur (d) ita etiam Episcopus aut Prælati à Clericis subsidium ut vocant charitativum, si absq; sua culpa oneri ferendo sit impar, moderatè exigere potest (e) cæteroque Clerici ad collectas Laicorum non tenentur, cum à jurisdictione illorum sint exempti, nisi necessitas publica hoc requirat, (f) an vero forenses collectis & superindicto subjiciantur in controversia est, & eos non teneri statuitur. (g)

[a] ita de vasallis Bald. in cap. 1. §. similiter num. 1. de capit. Conrad. Matth. de Afflict. in d. §. similiter (b) per text. in d. c. 1. §. similiter & notant. ibi allegati DD. de cap. conrad. [c] sic de consuetud. speciali Bald. & eum secuti in d. §. similiter omnes tradunt. Brun. Alciat. Wesemb. & c. (d) Johann. Blanc. in summa de feud. c. 1. nu. 26. lib. 2. specul. tit. de feud. §. quoniam. nu. 67. (e) Menoch. de arbitr. judic. casu 178. nu. 13. & 14. ubi plures allegat (f) And. Gail. obs. 51. nu. 14. & obser. 32. n. 7. ubi post multos ob necessitatem publicam clericis collectas indici permittit. lib. 2. [g] Bald. in l. un. nu. 33. C. de sentent. qua pro eo quod interest. Natta consil. 149. n. 4.

49.

AD collectas & superindicta pro refectione viarum, fluminum, seu pro custodia & securitate castrorum, cives, incolæ & municipes obligantur (a) imo si ejusmodi contributiones commune commodum attingant, nec Clerus immunis est (b) ita ut etiam necessitate urgente & Clero remorante fructus capere judici seculari concessum sit (c) in super nec forensis eximitur quando publicæ agrorum utilitatis atq; defensionis, itemq; munitionis seu ædificationis castrorum causa, ob periculum imminens amovendum, præcavendumq; futurum, collectæ indicuntur (d) quibus casibus etiam ratione suorum agrorum contribuere tenentur (e) pariter à collectarum solutione non excusantur, si bona eorum in libro censuali vel catastro descripta reperiantur. (f)

(a) per text. in l. omnes provinciarum dum ibi id oneris incolis & civibus injungitur. C. de operib. public. Alexand. conf. 68. n. 3. vol. 2.
 (b) Natta conf. 311. nu. 4. & 5. ubi multos allegat. (c) hanc sententiam omnium latissimè in utramq; partem disputat illustris Comes Osasus decisione Pedemontana 68. nu. 4. ubi communem refert. (d) ita DD. in l. omnes provinciarum C. de operib. public. Natta conf. 157. n. 12. & alii
 (e) Henric. à Rosental. c. 5. concl. 81. n. 3. de regal. (f) Bald. in l. etiam C. de execut. rei judic. Paris. conf. 25. n. 94.

DEecimum sextum Regale h. c. un. habetur. Magistratus ad justiciam expediendâ constituendi potestas (a) quod sicut olim libera adhuc Rep. stante, penes solum populum fuit (b) ita hodie l. Regiâ latâ in Imperatorem translatus est (c) quippe à quo omnes dignitates, omnis publica potestas & jurisdictio fluunt ac refluent, non aliter ac flumina ad mare demq; dignitatum & honorum omnium fons. & scaturigo Augustissima est [d] fluunt scil. per concessionem, confirmationem, atq; commissionem: refluent scil. per appellationem, nullitates, querelas & expirationes (e)

(a) text. est in c. un. & ibi omnes notant. Lucas de pena in l. 1. C. de privileg. Scholar. Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 1. nu. 58.

ubi id ad Magistratus solum regios refert, quominus autem ad omnes jus
& justitiam administrantes referri possit non dubitatur, cum nullo exce-
pto mediatè vel immediate Imperiales & Regii dici possint. Henric à Rosental.
c. 5. concl. 88. lit. a. de regal (b) l. 1. ff. de ambitu. l. 2. §. quod ad Ma-
gistratus cum seq. ff. de orig. juris (c) d. l. ambitu & c. [d] Nobiliss. atq;
Consultissimus Dominus Doctor à Soden Diss. Jurid. Decret. qu. jur. tam
publ. quam privat. Controv. qu. 2. an à lata sententia Imperatoris appella-
tioni locus detur ad Pontificem [e] Bartol. in l. 1. nu. 15. ff. de jurisdic-
omn. jud. Prukman de regalib. §. solura pot. c. 1. n. 16.

SI.

Cum potestas Magistratus creandi jurisdictio-
nem incurrat, cujus cognitionem generalem in eo tractatum de
regalibus scrutari volente, necessario præsupponimus, ideoq; quod
quid jurisdictiois ac quale hac vice vel loco hoc rimare superva-
caneum, notatu saltem dignas atq; utiles huicq; tractatui conveni-
entes quæstiones movere ac dilucidare congruum duximus; variè
autem imprimis discutitur, utrum jurisdictio sit de regalibus, id
quamvis nonnulli negent [a] affirmativa tamen cum aliis magis
arridet, ex ratione enim merum Imperium quod nos das Hals-
gericht oder Bluthban appellamus, esse de regalibus plurimi asse-
rant, (b) neq; ullus inficiabitur sub eo multa complecti regalia cu-
jusmodi sunt multarum panarumq; compendia, hæc enim concessa
cum mero Imperio intelliguntur [c] jam non video causam cur
concedatur de mero Imperio & negetur de omni jurisdictioe;
accedit quod ab Impetatore solum promanet, (d) ideoq; uni Regi
ac Imperatori conveniat, quare rectè Regale dicetur: & stabilit
sententiam, quod jus Magistratus constituendi sit Regale. [e] sed
jurisdictionem concedens eo ipso Magistratus creasse videtur
(f) neq; admittenda objectio qua insultant, asserendo quod non in
numero regalium c. un. recensitorum, reperiatur jurisdictionis
mentio (g) nam invalida est cum multa esse Regalia non ibi recen-
sita libenter concedamus.

(a) Boss. tit. de Principe nu. 18. (b) Rol. a. val. conf. 42. nu. 5. Me-
noch. præsumpt. 87. nu. 27. 28. 29. lib. 3. (c) Bart. Bald. Jas. & alii in d.
l. Imperium, de jurisd. omn. jud. (d) Henric à Rosental concl. 4. nu.

7.

7. c. 5. de regal. (e) c. un. quasint regal. (f) Henric. à Rosental. d. loco.
[g] Boss. d. loco.

52.

Jurisdictione si concedatur accumulativè non privativè concessa censetur (a) nisi utile dominium transferatur & in feudum detur, nam eo translato omnis jurisdictionis usus & utilitas data intelligitur, cum respectu usus dominus utilis directo præponatur (b) hinc taliter concessa de primis causis subditorum non dominus feudi sed vasallus cognoscere potest (c) an verò de appellationibus quoque valeat v. g. ut ei aliquod tribunal. inferius istie loci habere liceat, à quo ad ipsum non vero ad Dominum directum provocetur, & negativam amplectimur, moti ratione, quod appellationes species superioritatis, nobis de Hochheit/ gallis de la souveraineté, sint, ideoque Domino directo reservata intelligantur (d) quod etiam procedit quamvis vasallus mero & mixto Imperio ac omnimodà jurisdictione investitus sit (e) stabilire superiora potest, quod Vicarius vasalli idem tribunal ac vasallus habere existimetur. (f) itemque quod ab eo cui jurisdictione mandata est, non ad mandantem sed mandantis superiorem appellari debeat (g) superallata tamen fallunt si vasallus omni jurisdictione ac simul appellationibus (h) jureque superioritatis indutus fuerit, quibus, casibus primo ad vasallum provocabitur (i)

(a) Felin. in c. pastoralis in princ. nu. 2. de off. ordinar. Rol. à Val. conf. 1. nu. 134. consil. 80 nu. 6. ubi communem asserit vol. 2. (b) Henric à Rosental concl. V. n. 4. c. 5. de regalib. (c) Boss. tit. de foro competente nu. 44. Brunus conf. 27. nu. 18. ubi dicit quod directus dominus non curabit per se fieri proclamata, sed scribat vasallo ut is ae fieri curet (d) Craveit. conf. 209. n. 9. & 10. conf. 207. col. 2. & conf. 41. in causa illustris & c. nu. 42. versic. 7. dico & c. quod appellationes ut species superioritatis infidenti reservata intelligantur. (e) Boss. in tit. de princip. nu. 284. & alii (f) quam rationem Henric à Rosental. Craveit. Roland. à val. in locis citatis referunt (g) l. 1. §. fin. quis à quo appell. (h) Roland à valle conf. 75. nu. 16. Boss. d. loco. (i) Henric à Rosental. d. loco.

53.

Quid autem in jurisdictionis concessione veniat ambigitur, nonnulli existimant si jurisdictionis administratio sola concessa fuerit,

D 3

erit,

erit, merum mixtumq; Imperium non simul transire (a) aliis vero & quamvis sine castro oppido aut territorio data merum & mixtum Imperium comitari, ego utroq; modo traditum intelligi cum infra eitis asseram (b) quodq; ratione evincit, nam posito genere, species necessaria consequi debet illud, ac intellecto genere species intellecta censetur, atqui jurisdictione formaliter & ut genus spectata, relativa est ad inferiora & species suas ut est jurisdictio simplex, merum, mixtumq; Imperium, sicq; pro omnimoda jurisdictione capitur [c] ergo dato genere species quoq; intelligentur, auxiliatur allatis quod si vox quædam pro specie & pro genere considerabilis sit, ea in actibus non odiosis nec restringendis sumenda potius ut genus quam species (d) nisi aliqua ratio subsit quæ restrictionem certo suadeat: supple quod jurisdictionis concessio favorabilis sit (e) beneficiaq; Principis plenissimè interpretanda veniant.

(a) Curt. Juni. in l. i. imperium nu. 42. & in l. nu. 53. & seq. de off. ejus & c. & sequitur Villiabol. in litt. i. nu. 134. statuentes in hoc differentiam inter concessam puta in feudum, & commissum jure Magistratus consuetudinem tamen committendi inspiciendam esse asserit. Henric. à Rosental. concl. 8. lit. 6. c. 5. de regal. (b) Covarr. c. 1. nu. 10. versic. quinto & regulariter & c. ubi constanter asserverit, hanc esse communio-rem, sive in proprietatem alicui concedatur, sive solum administranda committatur Alexand. conf. 35. lib. 4. & in l. 1. nu. 66. de off. ejus cui mand. est jurisdictio. (c) l. i. verb. jurisdictionem mandant de off. ejus cui mand. est. jurisd. Wesemb. in Parat. ff. de jurisd. nu. 2 (d) sic dicunt in odiosis restringendam esse l. hoc legatum ff. de leg. Roland. conf. 42. nu. 40. vol. 2. (e) Henric à Rosental. & Roland. d. loc.

54.

Utrum vero concessio simpliciter castro vel oppido simul territo-rium & jurisdictio transeat magis dubitatur, & distinguendum videtur, aut enim jurisdictio ei loco immediate cohæret, ita ut à concedente, non vero per magistratus ibidem sit exerceri solita, & alii civitati seu oppido locus concessus non subsit, quo casu jurisdictionem una cum mero ac mixto Imperio tanquam accessorium ac pertinens ad Universitatem ipsius castri aut oppidi comitari (a) itemq; territoriam adjacens (der Zwing und Dan aufferhalb des Fle

570
Steden oder Stat) transferri non negandum est [b] praesertim si concessio fiat à Principe [c] sin vero contrarium obtineat, concessio oppido aut castro minimè jurisdicção ac territorium in dubio transiisse praesumetur [d] cum nihil impediatur quin jurisdicção possit esse unius & castrum alterius [e]

(a) Bald. in l. si plures. C. de condit. infer. Bartol. in l. inter eos ff. de acquir. rer. dom. (b) DD. in l. pupillus §. territorium de verb. signif. ubi definitur quid sit territorium (c) Bartol. in l. 1. nu. 16. ff. de jurisd. omn. jud. Natta consil. 405. nu. 1. & haec ratio hic magis urget, quod ejus beneficia sint late interpretanda. l. fin. & ibi omnes de constit. Princip. (d) Alciat. nu. 103. & Longoval. nu. 204. de jurisd. omn. jud. (e) Bald. in c. 1. §. e contrario nu. 4. de investit. de re aliena facta. Henric à Rosental. concl. 6. num. 7. c. 5. de regal. apud. quem videre licet praesudicium.

55.

Decimo septimo Regalibus annumerantur, Argentaria & Palatia in locis consuetis (a)

quorum verborum varia explicatio est, quidam enim per argentaria intelligunt, potestatem concessam, argentariam aut mensam numulariam exercendi [b] alii vero per argentaria capiunt metalli fodinas & ita sumendo speciem pro genere inter Regalia collocant (c) an autem taliter sumendo ipsae metalli fodinae, an vero portio ea his fisco debita & decimae Regalibus accensendae sint, controversum est, & receptiori opinioni, quod scilicet decimae ex metalli fodinis ubicunq; etiam repertis sint de Regalibus annuendum est; (d) hinc metalli fodinae sicut & salinae [e] in loco privati repertae, non fisco vel Principi acquiruntur sed domini loci manent (f) decimae vero portionesq; debita Regalia habenti debentur.

(a) vult. c. 5. nu. 7. vers. 16. argentaria & vers. 17. Palatia & c. lib. 1. de feud. (b) Alvarot. Hosteman & Cujac d. c. un. (c) Wesemb. de feud. c. 12. nu. 5. Boss. de metallis nu. 1. (d) Peregr. de jure fisci tit. 2. nu. 11. lib. 4. Wesemb. dict. loc. (e) l. forma §. salina gloss. & text. ac DD. in l. inter publica in ff. de verbor. signif. (f) Alvarot. n. 6. Praepos. nu. 7. & Borcholt. nu. 87. quae sint regal. (g) ita DD. citati.

Ratione argentariorum placuit inferere quæstionem an metalla & saxa pretiosa in alieno fundo domino invito quærere & fodere liceat, & affirmandum est [a] præsertim si metallarii sint privilegiati & investiti à Principe [b] & venæ sint ita subterraneæ ut sine superficiæ detrimento magno effodi possint [c] hinc reperiens in fundo suo venam argenti seu metalli, in alterius usq; fundum extensam, eam eo usq; invito domino fodiendo persequi potest [d] domino tamen fundi decimam unam metalli inventi [e] sed fodiens metalla in fundo publico Principis fisco duas decimas dare tenetur [f] in quibus tamen ordinationes & statuta Principum q[ui]s die Bergordnungententendæ sunt, sed quid dicendum si mineræ aut ejusmodi metalla in fundo feudali inveniuntur, Vasallone ac Domino directo debebuntur? & videntur vasallo deberi, si ille ipse invenit & fodit [g] cum hæc metalla sint in fructu [h] sin alius foderit ei decimam illam domino fundi debitam, salvâ tamen altera decima ei Regalia eo loci habenti pendendam esse, recepta est opinio [i]

[a] *Peregrin. tit. 2. de thesauris metall. nu. 14. lib. 4. in tractat. de jure fisci. Imola cons. 37. nu. 1. incip. in casu præmissis* [b] *Boss. tit. de metall. n. 1. Peregrin. d. loc. nu. 14. in fin.* [c] *Capolla de servit. rust. præd. c. de monte 22. Afflict. in verb. Argentaria nu. 8. quæ sint regal.* [d] *Capoll. de servit. rust. præd. tit. de montib. 22. nu. 4. Henningus Goed. in cons. quod scripsit de auri & argenti fodin.* [e] *Castrens Capoll. Boss. dict. loc.* [f] *Ifern h. c. un. nu. 70. Afflict. decis. 321. nu. 4.* [g] *Henric à Rosental. concl. 91. n. 1. c. 5. de regal. Ifern. in d. c. un. [h] text. est in l. aq[ui]ssimum esse 13. §. unde quæsitum ff. de usufr. [i] Rosental & alii dict. locis.*

Decimo octavo inter Regalia refertur dimidiû thesauri in loco Cæsaris aut Religioso reperti casu fortuito, non autem datâ operâ [a] thesaurus in genere consideratus, omne illud quod in futurum asservandum deponitur, significat [b] hic vero interpretatur, quod sit depositum pecuniæ sive mobilium quorum memoria non exstat &

& dominus ignoratur (c) thesaurus igitur in loco Caesaris aut religioso fortuito inventus, dimidius (d) data vero operâ totus fisco cedit (e) similiter si ita in loco alieno non publico inveniatur, totum dominus loci acquirit (f) arte vero magicâ quocunq; etiam loco repertus solidus fisco adjicitur (g) quiq; partem Regalibus debitam inficiatur aut supprimit, alteram quoq; pænæ nomine amittit (h) & fortuito inventus in prædio emphyteutico vel feudali, pro parte dimidiâ (i) ex industriâ autem totus vasallo, non domino directo acquiritur, & si vasallus vel emphyteuta ipse reperiat, integrum retinet. (k)

(a) d. c. un. & ibi omnes quæ sint regal. & tradunt DD. in §. thesauros de acquirend. rer. dom. (b) Connan. lib. 3. comment. c. 4. Borcholt. d. c. un. n. 91. (c) text. est in l. nunquam 31. §. fin. ubi DD. ff. de acquir. rer. dom. (d) Henric à Rosental concl. 92. n. 1. c. 5. de regal. (e) Anton. Peregrin de jurib. & privileg. fisci tit. 2. lib. 4. ante nu. 1. & nu. 4. ubi latè tractat. (f) Wesemb. de feud. c. 12. Castrens. conf. 153. incip. commodum dictæ venæ (g) Peregrin de jurib. & privileg. fisci tit. 2. n. 2. lib. 4. (h) text. est in l. 3. §. fin. ubi DD. ff. de jure fisci (i) Henric. à Rosental. d. loc. [k] Peregrin. de jure fisci tit. 2. n. 10. lib. 4. Wesemb. de feud. c. 12. n. 5.

58.

Consectaneum atq; concurrens Regalium sunt jura negativa & quæ solius sunt facultatis cum Regalia jam in suo esse constituta consequantur, ac in eorundem exercitio concurrant, quippe quæ quotidiano usu experta in plurimis cernuntur, minime tamen quasi possessionem constituentia, quæ aliter non acquiritur nisi sui ipsius facto & exercitio [a] alios volentes eodem uti prohibendo, iiq; prohibitioni tali ac quiescant; neq; contra protestentur [b] alioquin quantumvis tempore longo in loco quodam jura quædam exercueris, alius tamen ibidem exercere iisdem non interdicitur. v. g. licet longo temporis lapsu solus in certa fluminis parte piscatus fuerim, autamem alteri piscari ibidem non inhihetur (c) pariter quamvis solus in pago quodâ longe furnû aut molâ habuerim ad quæ homines subditi immemoriali etiâ tempore ad pinsendû & molendû venerint, attâmen alius postea ibidem furnum aut molam exstruere, prohiberi nequit (d) quippe eû contra eos, qui tempore tanto, tamen si centum annorum esset, ad me venerunt minime præscribam, ut im-

Consectaneum atq; concurrens Regalium.

E

poste-

posterum inviti in furno meo panem coquere aut molere adstringantur (e) nisi temporis legitimi cursu, prohibitioni factæ (da einer eine andere Mühle wollen gebrauchen/ und ich ihm solches gewehret/ er auch also und so lang darauß biß die verjahrung verschienen/ still gestanden/ ist er gezwungen nacher allwegen meine Mühle zubesuchen (f) pro intento acquieverint (g) eujus tamen conjecturæ ad sint necesse est, alioquin etsi cursu immemorali præterlapso, neq; prohibitio interventa, neq; alius titulus præsumetur (h)

(a) Henric. à Rosental. concl. 25. n. 1. c. 5. de regal. (b) DD. in l. qui luminibus ff. de servit. urban. præd. & in l. 1. C. de servit. & aqua (c) l. si quisquam ff. de divers. & temporal. præscript. (d) Wesemb. conf. 67. nu. 17. Roland à Val. consil. 32. nu. 20. vol. 2. (e) Alciat conf. 20. nu. 11. vol. 5. Brunus consil. 56. nu. 2. (f) Wesemb. conf. 67. nu. 29. quam opinionem Bald. in l. item lapilli ff. de rerum divis. limitat, ut hujusmodi servitus acquisita utilitatis publicæ causa infringi possit. (g) Henric. à Rosental. d. loco.

59.

EX supradictis ergo ventilanda quæstio venit, utrum Domini superiorem recognoscentes, & mero mixroq; Imperio induti statuto introducere queant, ut subditi solummodo ad molendina eorum ad molendum frumentum venire debeant, & negativa amplectenda est. (a) quod procedit non solum sive ob utilitatem privatam, sine publicam fiat (b) cum ejusmodi sint facultatis meræ, eorumq; introductione populi libertas nimium minuatur, dum etiam quod aliis ibidem molendina habentibus damnosum sit, alii tamen ex causa commodi publici, d; von gemeines nutz wegen fieri posse admittunt (d) cum quibus consentimus, si ejusmodi statutum, in summam Reip; utilitatem condatur (d)

(a) Socin. consil. 272. nu. 6. vol. 2. Anchoran. in c. canonum statuta 9. 11. de constitut. & consil. 12. & 13. ante finem de subditis agit, licet quæstio Principalis fuerit, quod statutum civitatis non valeat, ut quilibet volens ire ad molam Archiepiscopi, solvat aliquod vectigal, non autem si iret ad molas civitatis (b) Boer decis. 125. nu. 4. inquit quod si sola publicitas sufficeret, sequeretur quod omnes subditi semper possent compelli (c) Henric. à Rosental. concl. 26. n. 5. tit. 5. de regal. (d) Henric. à Rosental. d. loc.

60.

HActenus quæ d. c. un. Regalia reperiuntur discussa sunt, utrum vero præter ea adhuc alia dentur! à multis affirmatur, & quidem non inficior jura quæ olim Regalia non fuerant, vel facile ad ea quæ c. un. recensentur revocari, vel usu Regalia posse fieri, & in c. un. non omnia recenseri (a) cujus ratione elegans ventilanda quæstio est, utrum **venatio præsertim moribus Germaniæ regalibus annumeranda sit?** de quo variè controvertitur, cum venationes jure gentium & civili omnibus sint communes (b) quominus autem ex consuetudine speciatim Germaniæ majores & nobiliores feræ, Regalium loco habeantur & jurisdictioni adhæreant, vix in dubio est (c) an vero jus venationis altæ in generali jurisdictionis seu territorii concessione in dubio veniat, disceptatur & dicendum quod non, cum nulla Regalia in concessione ejusmodi generali veniant (d) hinc videtur usu obtinuisse, ut Duces Marchiones &c. nobilem aliumve ita simpliciter investientes putentur sibi dictas venationes des hohen Wilprâts retinuisse, nisi aliam contrahentium mentem fuisse, vel ex investitura vel aliunde notari possit (e)

(a) *Jacob. Cujac. in d. c. un. quæ sint regal. ubi concedit longè plura ibi non numerata esse regalia, quæ vero recensita sunt esse præcipua & quæ Episcopi, Proceres ac Civitates Italiæ Friderico Impetatori restituerint.*
 (b) *Instit. de rer. divis* (c) *sicut hoc consuetudine subsistere testatur Noe Meurer in tract. von jagen und Forstrecht* (d) *Henric à Rosental. concl. 96. n. 3. c. 5. de regal.* (e) *Ludolph. Schrad. de feud. p. 3. cap. 4. nu. 47. Henric. à Rosental. d. loc.*

Hinc & illa addi potest ventilatio, utrum Molédina inter Regalia habenda sint, & statuendum est quod non, ex ratione quod omnibus integrum sit, in flumine suo privato molendina exstruere (a) consequenter ergo inter Regalia minime reputari posse, neq; ea possidere esse jurisdictionis (b) opitulatur supradictis, quod etiam cuivis in flumine publico navigabili aut ex quo aliud navigabile redditur, molas exædificare licitum sit, modo per existruionem illam ultimam, aqua non avertatur, neq; ita ut reverti nequeat edu-

catur, ita ut flumen ex eo alias factum navigabile, destituatur (c) quoad Publicum vero per se navigabile alii limitant, quod exstructio non eveniat, nisi consensus superioris adsit (d) quod & jure communi obtinuisse videtur, ex causa cum flumina ista publica sint Regalia, ideoq; illos ea possidentes difficulter ferre, si absq; eorum consensu exstructio fiat (e)

(a) Roland. cons. 97. nu. 7. vol. 3. Curt. Sen. consil. 33. Wesemb. cons. 67. nu. 27. ubi dicit quod jurisdictionem habens id prohibere non possit. Rosental. concl. 25. n. 3. lit. b. c. 5. de regal. ubi asserit quod Magistratus subditis non possit prohibere molas construere licet ipsi Magistratus isthic loci diu soli habuissent molas. (c) Alex. cons. 194. n. 6. Boss. tit. de ag. & flum. (d) Schneid. de feud. p. 2. nu. 2. Roland. consil. 97. nu. 8. vol. 3. (e) Henric. à Rosental d. loc.

Hæc pro Exercitio hac vice sufficiant

L. D. T. O. T. M.

Superpondia

Ex jure Publico

1.

In administratione mixta hodierni Romani Imperii Monarchia preponderat.

2.

Imperatori electo, ipso electionis jure sine Pontificis facto & Autoritate Majestatis jura in Imperatorem transferuntur.

3.

Omnes Imperii status Imperatori tanquam Domino & summo Magistratui obedientiam & subjectionem debent, sicut & omnes se ipsi subiectissimos in subscriptionibus fatentur. Constit. de anno 1521. sub tit. handhabung des Friedens & darauß befehlen ibi und bey Gehorsamb.

4.

Camera Vice Imperatoris judicat, hujusq; nomine, Autoritate & sigillo omnia mandata & processus expediuntur ordin. Cam. p. 3. tit. 12. & und solche Citation.

5.

5.
Omnihus Imperii Civitatibus tam ratione juris reformandi, quam
casuum aliorum, religionem concernentium, item reliquis Imperii statibus
superioribus jus competit, ita ut in eundem redigatur status quo fuit anno.
1624. 1. Jan. Instr. Pac. art. 5. §. II. vers. libera.

6.
Omnis directus Dominus in terras ante hac oppignoratas demumq;
ad se reversas exercitium religionis suae publicum introducere potest. In-
strum. pac. art. 5. vers. omnia quoq; in fin.

Ex jure Feudali

1.
Investitura super re violenter occupata impetrata, scionter facta,
valet.

2.
Feudum abusiva investitura facta, ab investiente tergiversante
etiam manu militari auferri potest.

3.
Quamvis vasallus petens investituram, juret pro se & successoribus,
tamen in feudo renovationem petere, & jusjurandum prestare successores
necesse habent.

4.
Vasallus ex simplici homicidio regulariter feudo non privatur, nisi
id parricidium, vel proditorie, vel in odium domini commissum sit.

5.
Feudo subinfeudato das zur afterlehni geben subvasallus non ad
subinfeudantem, sed dominum primum appellabit.

6.
Delictum patris filium feudo quamvis hereditario, penes avum
existente, jure successionis non privat.

7.
Contumacia generalis ex moribus ad feudi privationem sive jure ipso
sive per sententiam ex feloniam vasalli commissam Domino competit.

8.
Juramentum calumniae à Vasallo vel Domino litigantibus non
prestatur, adeo ut quamvis Dominus id sponte prestiterit, attamen va-
sallus, modo fidelitatem jurarit, ad hoc compelli nequeat.

^{9.}
*Clericus in feudo succedit & servitium quod honeste prestare potest,
per substitutum exequi potest.*

Ex jure naturali.

^{1.}
Omnis Lex est juris naturalis.

^{2.}
*Matrimonium formaliter spectatum non est solius juris na-
turalis.*

^{3.}
*Natura est omnis juris ac rerum causa efficiens sive dirigantur fato
sive libero arbitrio.*

^{4.}
Omnis consuetudo est naturalis

Ex jure Gentium.

^{1.}
*Non repugnat juri gentium subditos de superiore suo judicium
formare.*

^{2.}
Servitus & Dominium sunt ex fato.

^{3.}
Dantur adhuc hodie vere servi.

^{4.}
Capti à latronibus vel piratis libertatem retinent.

Ex jure Canonico.

^{1.}
*Ecclesia redimens rem suam à bona fidei possessore fructus natura-
les consumptos, in quibus possessor non est factus locupletior, item Indu-
striales & civiles non recipit.*

^{2.}
*Clericus victus ante judicem secularem in causa ab illo introducta
contra laicum ab eodem judice potest in expensas condemnari.*

^{3.}
*In ordine sedendi in Synodo Vicarius Episcopi praefertur Abbati,
hinc*

hinc non tertius sed secundus locus ei debetur, cum Jo. Anton. Massob. de Synod. Diacesan. c. 4. dub. 6. contra Bott. p. 3. nu. 10. & seq.

4.
Canonicus Ecclesie Collegiatae, qui sit Doctor non potest iudex Synodalis constitui, neq; in locum iudicis defuncti, electi in synodo subrogari.

5.
Diacesanus si consentire nolit reservationi juris Patronatus per superiorem compelli potest, imo ipse superior consentire potest, si sine causa Diacesanus veniat, cum jus Patronatus universalis Ecclesie favorem respiciat.

6.
Clerici sunt de districtu & Universitate laicorum, habentq; vocem in consilio populi, cum D. Mich. Ferr. quest. moral. & Vicarial. p. 2. quest. 18. contra Riccium in praxi aurea resolut. 418. n. 2. & alios.

7.
Statuta Episcopi non dicuntur statuta Canonum, imo Episcopus statuto a se facto ipse ligatur. Jo. Anton. Massob. de Synod. Diaces. cap. 4. dub. 97.

8.
Statutum Capituli a Papa ad postulationem Capituli confirmatum, per factum Capituli Papa inconsulto tolli potest Bald. in c. cum accessissent n. 4. de constit.

Ex jure Civili.

1.
Venditor rem venditam simpliciter tradens, fidemq; de pretio non habens, ipso jure hypothecam tacitam habet, & in concursu creditorum omnibus aliis creditoribus in ea praefertur And. Gail. lib. 2. obs. 15. num. 4.

2.
Fur & quisvis alius iniquus possessor, restituere tenetur meliorem summam, ad quam excrevit res furata tempore detentionis, maxime si fur illam in illo optimo statu vendiderit.

3.
Contumax post contumaciam in continenti comparens, non est habendus pro contumace.

4.

4.
*Clausula omni meliori modo facit testamentum valere jure
militari.*

5.
*Clausula hac alles getreulich und ohne gefehrde. Quae vulgo à
Notariis in Instrumentis, super contractu aliquo confectis, adjici solet,
non operatur ut ex contractu stricti juris fiat contractus bonae fidei.*

6.
*Clausula hac, renunciantes omnibus ac singulis juris ac legum be-
neficiis, dann sich aller und ieder rechtlichen Wohlthaten/ und Freyhei-
ten/begnadungen und beneficien &c. begeben. Quamvis ita generali-
bus verba concepta sufficere videantur, non tamen renunciantem obligare
in his, de quibus tempore renunciationis cogitatum non fuit,
existimo.*

Gratulatoria.

Dum publice Ohrandi Regalia jura tueris,
Munere Regali dignus habere mihi,
Hocce ut contingat, voveo tibi tempore primo,
Regalisq; Aulæ sis decus eximium,
Sic etenim vigili studio, sic arte mereris,
Ut lætus teneas magnum aliquando locum.

Gratulab. f.

Johann: Hermannns à Sode,
J. U. D. Ejusdem Facultat. Assessor &
jam Decanus, Pandectar. Professor
Publ. nec non Collegii Saxonici in per-
verusta Hierana Decanus.

Fons

Fons renovat vires Aquilæ, rostriq; Senectam
Sol fixis radiis pignora vera probat.
Jam Wildrice diu es renovatus fonte sophiæ
Juridico, jam se pectora sole probant.

Ardua juridici decurre cacumina solis;
Si metuas æstum laurea regmen erit.

Aurea ceu pellunt calidos umbracula soles,
Laurea sic mentem concomitata tuam.

Admodulabatur.

M. Johannes Jodocus Hunoldt,
SS. Theol. Bacc. Formatus, nec non Col-
legiatæ Ecclesiæ S. Severi Canonicus atq; Scho-
lasticus nec non Ad Omnes sanctos & Divum
Nicolaum Parochus.

Lege nihil natura tulit pretiosius unquam,
Est sacri juris Conditor ipse Deus,
Jura regunt mores hominum & commercia vitæ,
Jura regunt pacem, bella, theatra forum,
Seu cœlum spectes, seu terras, hac tibi virtus
Non radiis fulget pulchrior ulla suis,
Sic Regale colas cum jus pulcherrima virtus,
Te sequitur Michael, teq; tueretur ea,
Hinc non te merces, non spes lætabit inanis,
Fertilis hic magni campus honoris erit,
Nam Doctrina suis cultoribus inclyta legum
Præmia multa tulit, conferet atq; tibi.

Gmtulab.

P R Æ S E S.

D U M

Perennibus vacasse jure literis,
Objecta dant Regalium;
Regale pol! tueris Ohrandt, eminent
Magna hinc, favore Regio
Digna hæc scientia est, notare doctius
Nosti, vigore proditur,
Hæc VICE - CANCELLARIO SACRI IMPERI
Næ Lumini! dum dedicas,
Walderq; dorffianotute muniens
Favore, magna evenient;
Sic gloriosa juris aura Regii
Faveat in annos Nestoris:
Hos Waldrodorffiana tibi tuebitur
Virtus, probabile est, facit.
Umbone sic dato minus vibrantium
Livor nocebit, vivito.

*Hæc alludebat Amico suo in
paucis dilecto*

Melchior Sigmund Schmidt.

Erff. Thur: J. U. Stud.

Semper LEONIS stirpidici vagum
Insigne magnos insinuat viros,
Virtute multa gloriosos,
Stemmata Nobilium decoros.
Sanè LEONIS WALDERODORFFIA
Insigne stirps fert, hinc merito sibi
Per hocce celsum, Nobiliq;
Nobile consociat per æva.
Hinc multa virtus pane propagine
Excellit actu, rite viros ferens
REGALUM qui dignitate
Glorificà retulere jura.

Hinc

Hinc fama magnæ fert sapientiæ
Nomen, vigescens gloria cernitur,
Multos tueri quæ Patrona
Rescit, usq; sciet per annos,
Hoc rescis Ohrandt, experientia
Testatur illud, præ reliquis tibi
Petens Patronum GLORIOSUM
WALDERODORFFIACO LEONE.

Prudenter actum est, pergito, Regiam
Dissertationem tute tuebitur,
Regale qui sacri administrat
Imperii, tibi qui Patronus,
Ulterioris sicce scientiæ
Accrescit omen, quod precor ut tibi
Patronus afferet, favoris

Ungueq; STIRPIDICI LEONIS:

*Hiscæ pereximio Domino defendenti, Amico
suo honorando Viennam decessuro
gratulabatur*

JOHANN JACOB SCHMIDT.
Erf. Thur. J. U. Stud.

Regia defendisse velim qui Regi tractat,
Regia non tractas, anne tueris ea?
Tute tueris; amas ritum nã objecta serendo,
Scilicet ingenii vis viguisse sales,
Anne vigent? clara est tua dissertatio Juris
Regalis, precor hac, nunc tibi crescat
honos.

*Ita pereximio Domino defendenti Amico
suo integerrimo applaudebat*

HENRICUS GUILH: SCHMIDT.
Erf. Thur. J. U. Stud.

DUm Fructum jucunda suum vineta propinant
Doctrinam prodis non sine laude tuam,
Maeste igitur virtute tua, quæ germina profert,
Germina quæ florem sunt paritura tibi,
Flos pariet fructum, per amænum fructus odorem;
Euge age sic studiis præmia digna ferēs.

Gratulabundus ponebat

M. THEODORUS STEINMETZ, Rhenober-
censis, Collegiatus Portæ Cœli;

Errata in typo

IN tit. dedicat. Consiliario, Spirensis. Capitulari: Dedicat. acquiescit.
Illustris: Reverendissimi. consiliarius. sine. virtus. Excellentissime; ma-
gnifica. Nobilissime. ergo. in thes. continentem. 2. Imperator. 3. dicam.
differentia. 4. distinguantur. 5. legitimandi. 6. præmia. 13. universaliori-
bus. 15. accumulativè. prescripisset. 16. creatio. 18. Heer oder Reichs
Strassen. protegendum. 19. quibus. acquisierint. 20. extrajudicialiter.
21. illud. 23. rebus. 28. illicita. 29. justa. 31. immemorialis. 32. contenta.
36. incesti. 37. bonorum. 43. Perangaria. definiuntur. 44. nequeunt. in-
certa. angariarum. 45. includunt. 46. imperium. singulari. 50. decimum.
hodie. 51. appellamus. 52. utile. ratione. superioritatis. 54. castri. 56. Rega-
lia. 58. protestentur. 61. exstruktionem. & si qua ulteriora non Authori sed
typo adjudicanda sunt.


01 A 6621


ULB Halle 3
003 092 399



VDA







B.I.G.

Farbkarte #13

RTATIO

II.

De
Nobilissimoq;

116

ALIUM

RE,

Quæ
PIR ANTE DIVINA
atq; Authoritate

ilissimi, Amplissimi

uridicæ Senatus,
eleberrimo Thurigetarum
rtino Lycæo

PRÆSIDIO
risimi & Consultissimi

N: MELCHIORIS

icentiat, ejusdem Prof. Publ.
oralis Moguntino Erfurtini
adsefforis.

opugnanda editur.

AUTHORE

MICHAELE ORANDT,

rt. Thuring.

gio Scholæ Juris

(25. Oct.) Anno M. DC. LXI.

S CHRISTOPHORI KÜCHENII.

graphico dilata est in diem Lunæ